

pus illas deleverit: neque tentes ista Divina pulchritudinis Imagines, in quibus sese Deus ipse pinxit, tibi non praeipiant prototypum pulchritudinis, cujus illa non aliud sunt, quam levissimae participationes; *Qui pulchra fecit, pulchrior est omnibus, quae fecit*; haec a se habet summus ille Amator supremus, atque immutabilis pulchritudinis Dei S. Augustinus. Voluisset ille in omnium corde admirabilem eam parere mutationem, quam in suo gratia pepererat; in omnem terram effundere scintillas charitatis, quae flagrabat; atque ut ita dicam generale incendium excitare ex Sacro illo igne, quem JESUS CHRISTUS in terras attulerat, *Abbas de Juri Pauc. S. August.*

O Aeterna pulchritudo principium pulchritudinum omnium divinarum, humanarumque? Pulchritudo tam antiqua, & tam nova? sero te amavi? Domine, quam tenebrarum caligine obrutus eram, donec cæcus temporalium pulchritudinum adorator, non venerabar pulchritudinem tuam, cujus illa Imagines sunt? O me infelicem! te quærebam Deus a te recedens, quin id cogitarem; umbram pro corpore amplectebam, fluxas voluptates tanquam veræ felicitatis meæ objectum persequerebar, & fictitios colores, quibus mendacium sese ornare consuevit mentem æque, animamque fallabant. Heu! numquid hac sine horrore reputare possum? te in ipso peccati frivacitatem amabam, quæ me a te divellebat, atque tui ipsius locum tenebat in me. Attramen inter profundæ hujus noctis tenebras subinde oculos convertentem ad te; atque radii nonnulli, statim tanquam fulgura evanescentes meum mihi errorem detegebant. Quamdiu in servitute peccati illacrymatus sum? quoties genua flexi coram carneis, atque luteis Idolis? *Idem.*

Cor infinitum est in desideris suis, & quicquid Deus non est, insaturabilem illius sitim explere non potest; omnes deglutit ambitionis honores, avaritiæ divitias, libidinis voluptates. Ne quicquam inani humanæ pulchritudinis specie deceptum totum sese profano tradit amori, quem illa inspirat. Perfecta, quam sibi promittit, felicitas, ubi votis damnatur, liquido ostendit, in ipsis erroribus ab eo profundam eam pacem requiri, quæ beata gaudeat anima, modo æternæ Dei pulchritudinis voluptate perfunditur: sed tædium illud, quod creaturæ rei possessionem subsequitur, eam statim auferit illecebram, quæ vis passionis, atque sensuum illius deceptant. Suaves illa species, quæ voluptatis mancipia sæpius mendacii sermone describunt summam felicitatem amplificantiæ, quæ duo corda ultro, citroque diligentia, perfruuntur; inanes sunt splendidiæque ideæ rei, quæ in terris non reperitur. Hinc illi, de illusionibus abeunt in illusiones, & modo uno, modo alteri Idolo sacrificant. Ficta hæc, quæ colunt Numina, postmodum in verum coleantur supplicium convertuntur, amaritudo deprehenditur, vel in decursu, vel in fine amoris illius, qui adeo suaviter cæperat; & cor quod pro Deo factum est, semper avidum & inquietum est, donec in Deo conquiescat, atque eo saturetur. *Idem.*

Adorare Deum, non aliud est, quam illum præ cæteris amare: non enim cordi potest, nisi eo amare, qui rerum omnium amorem excedat: illi uni serviendum est, ipse unus amandus est, vel nihil nisi propter ipsum amandum est. Deum colere, Deum amare idem est, ac quibuscumque creatis rebus illum præferre, & efficere, ut de reliquis amoribus triumphet; & male potius bonis, & honoribus hujus vitæ penitus exui, quam aliquid contra ipsius voluntatem patrare. Quandoquidem hic est modus amandi Deum, amare sine modo; & amor, quem a nobis expetit, omne cor nostrum debet occupare, omnes animæ nostræ facultates subigere, omnem mentem nostram replere. Ita que Dominum Deum nostrum adorare, atque diligere tenetur, ut præceptum illud adimpleamus, quo iubemur illum ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, atque ex totis viribus diligere. Illi unum diligere non aliud est; quam sine divitione amoris illum diligere; velle enim Creatorem, atque creaturam amare, idem est; ac velle duobus oppositis Dominis inservire. *Auctor recens homil. in Evang. 1. Domin. Quadrag.*

Da alicui universorum Imperium cum illa auctoritate, quam maximam habere potest; possideat omnes honores, divitias, voluptates, quæ expeti possunt: illi tribue perfectissimam sapientiam: sit

Cor numquam nisi in Creatore amoris quietis.

Quam magno coram Deo nos efficit charitas.

alter Salomon, neque ignoret quidquam ex his rebus, quas mens humana cognoscere potest: adde etiam paratiorum miraculorum potentiam; remoretur, si lubet, solem, dividat maria, mortuos resuscitet, atque Divinæ potentis participes fiat eo in gradu, quem maxime cupis. Ad hæc accedat prophetæ donum, spirituum discretio, secretorum cordis cognitio: aspirum tamen minimum sanctitatis gradum, qui in hoc homine reperitur, minimam actionem charitatis, quam operabitur, iis omnibus longe antecellere, per hanc magis ad supremum bonum accedere, atque præstantiorem apud Deum obtinere gradum, quam quem illi ea omnia conferre possent, quæ superius dicta sunt, si omnia in ipso invenirentur. *Alius Auctor recens Anonym.*

Ideo divino amore digni sumus, quod summi opus manuum ejus, & quod nobis ille cor tribuit, quod ipsum diligere potest: cætera sunt inutilia ac nullius pretii. Mentis acies, fornum elegantia, natalium dignitas, fortunæ bona, oculos quidem suo fulgore perstringunt; verum non efficiunt cor magis aptum ac melius dispositum, ut Deum Creatorem nostrum diligamus. Ita novissimum quilibet e plebe ignorare non potest, Regibus atque Principibus nullum potius esse jus, quod præ ipso ad Dei amorem valeat asferre. Quam jucunda est hæc cogitatio! quam aperte Religionis nostræ sanctitatem probat! quam alicuius certo consilii a Deo iusto, & sancto illos amandos esse, a quibus amatur, quomodo nam ab illo non vere atque sincere amatum iri sperabimus, si hoc nobismetipsis testimonium perhibeamus, ipsum unicuique esse votum nostrorum obiectum: nos qui gloriamur colere Deum, qui testis est secretorum cogitationum nostrarum, & penitioris cordis nostri sinus scrutatur; nos qui sæpe experimus Deum intrinseca voluptate nos consolari, cum meture videremur, ne diligamur ab ipso, & qui animi nostri minimam etiam exprobat maculam, quam dissidentiam testatur? *Serm. manusc. P. Steph. Chamillard.*

Intellectus omnes hanc de Deo sibi effingunt ideam tanquam entis summe perfecti, & summopere amabilis; quandoquidem omnes possibiles perfectiones complectitur, & Deus esse non potest, si quid ulterius acquirere possit. Quænam ergo, o fideles, amabilitatis origo in ipso invenitur, ut præ cæteris rebus amor ipsius anteferendus sit; quandoquidem, uti Scriptura ait de Increta Sapientia, quæ idem est Deus; creaturam quarumcumque rerum perfectiones pro nihilo haberi debeant, neque eum perfectionibus Dei sint uno modo comparanda: omnia quæ desiderantur, hinc non valent comparari. Prov. 3. Quidquid in hoc mundo videmus, quicquid oculos nostris perstringit, omnis illa potestas, quæ in nobis stuporem ciet, omnis magnitudo, & majestas, quam admirantur in terris, non aliud est, quam tenuissima emanatio supremi illius entis, & quæ ideo comparari cum illo non potest: hinc non valent comparari. In quæ verba cum S. Thoma notandum est; Scripturam non solum asserere, Deum majorem esse, quam omnia bona, quæ in terris sunt; verum etiam præstare bonis omnibus, quæ mente concipi possunt, & desiderari: omnia quæ desiderantur; neque dicere solum, ipsum bonis omnibus antecellere: sed omnia simul bona cum ipso conferri nullo modo posse. Inter magnum aliquod bonum, & alterum licet minus, quædam esse potest comparatio; & excessus proportio efficit, ut boni utriusque discrimen metiri possimus; sed Deus adeo perfectus est, ut in propriis loquendo dici minime possit creatis rebus major: omnia enim creata simul nihil sunt coram ipso secundum illa Prophetæ verba: omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo. Unitas comparari potest cum millenario numero, vel cum myriade, si lubet; nam illam sæpius multiplicans, aliquando myriadem etiam æquabit: atque gutta cum oceano universo comparari potest: tot enim guttæ coarctari possunt, ut efficiant mare æque late expansum ac illud, quo terre ambiuntur: sed creaturam omnium rerum perfectiones, nullam habere possunt rationem cum perfectionibus Dei; ad quemcumque enim cumulo perveniat, semper infinita erit distantia, indeque nulla proportio. Ita Deus olim Moysi dixit: ego sum qui sum, hoc est, ita perfectus sum, ut coram me nihil perfectum haberi possit. Dicitur eam potentiam, quæ rebus omnibus dedit esse,

Deus omnes rerum creatas omnes perfectiones consistit.

Deusque amabilis sit.

Aliqua Divina pulchritudinis idea.

esse, hoc isdem eripere, ubi cum ea conferantur: eam bonitatem, quæ universa ex nihilo educit, eadem rursus redigere in nihilum, ubi cum ea comparantur; & creata omnia quæ ex illius finoproderunt, evanescere, atque interire, nihilum enim sunt: ubi comparantur cum eo, qui unus magni, perfectique nomen meretur. Cum igitur aliquid aliud magis amas, quam Deum, nostrum, te non solum maram umbram persequi, & verum bonum relinquere; verum etiam illud ipsum, quod amas, atque enixus persequeris, cum Deo collatum non esse æque guttam cum immensi oceani totius latitudine comparatam? *Auctor Neotericus Anonym.*

Præterea quidquid amare potes in mundo, si tamen aliquid tuo amore dignum est, hoc invenitur in Deo, qui omnia complectitur. Quemadmodum si colligeretur quicquid magnum, exquisitum, & admirabile in terris est, ut in uno, eodemque objecto coarctaveretur: in hoc reliquorum entium amorem complectereris, & quod olim mentem, animamque tuam parietatur, omnes admirationes, omniaque vota in illo uno conjungeret. Dicam melius, si infinitæ essent creaturæ, quarum singulæ infinitæ essent perfectæ, atque mox omnes illæ perfectiones in una tantum congererentur, hæc non solum reliquas superaret, verum etiam haberet quicquid cæteræ habere possunt: hoc ipsum de Deo dicendum est; ita mens nostra concipere potest supremum illud bonum, quod in essentia suæ simplicitate infinitatem infinitarum perfectionum complectitur, quoniam nihil est in Deo, quod Deus ipse non sit. Quamobrem S. Anselmus exclamat: quid per multa vagaris hominibus, quærens bona anime? cor poris? ama unum bonum, quod est omne bonum, & satis est. Cor humanum cur tantopere fatigaris, undique amandi causas inquirens, omnibusque te tradens objectis; illi primo, ac supremo bono adhare, qui bona cuncta complectitur, qui omnem eorum amabilitatem continet, omneque possidet eorum perfectiones; quid per multa vagaris? tu hic bonum quæris, ibi aliud, hic opes, ibi honores, alibi voluptates: oh te miserum! divisus es, & quolibet objectum te trahit in diversa. Sed si Deum dilexeris, lineas omnes in centro, rivos omnes in fonte, radios omnes effusos in sole conjunges: ama unum bonum, quod est omne bonum: ama Deum, qui est omnia, & simul omnia. Respice, considera, reputa quicquid tibi placere, atque tua vota inflammaré potest, honores, opes, delicias; puta illas & magnitudinem, & diuturnitatem infinitas esse; hæc omnia in Deo, sed longe perfectius, invenies: ama bonum, quod est omne bonum, & sufficit. *Auctor Idem.*

Ut Divinæ pulchritudinis illecebras vere intelligeremus, cupis esset, ut Deus vultus sui maiestatem nobis detegeret, atque in animas nostras unicum effunderet radium ejus gloriæ, quam ipse in celo constituit; nostrum cor, quod modo tot indiget rationibus, atque considerationibus, ut ad amandum divinum hoc obiectum excitetur, tunc necessario studiorum suorum pondere atque tota votorum suorum extensione illuc raperetur; eidem prorsus adhareret, quin ne cogitaret quidem de seipso, & quin ne ad breve temporis momentum ulla unquam re posset inde divelli. Quæso itaque quanta illecebra polleat opus est, obiectum illud, quod Angelorum omnium hominumque mentes explere debet per omnem æternitatem, quin unquam fatigaret? quæ perfectiones in illo supremo ente debent esse, ut in Beatissimum rerum amorem extinguant, nova semper cientes desideria citra quolibet tædium, & societatem; immo semper e contra cum recentis admiratione, voluptate & amore? Verum enimvero cum hoc vobis exprimere posse distiterat, permitto vobis, ut mentem quæcumque reputetis bona, atque ea omnia simul congeratis, quæ in creatis rebus nitent, quæ animam vestram alliciunt, & rapiunt, atque fortasse a Dei servitute divellant; & postquam singula lustraveritis, quæ oculos afficere possunt, imaginationi liberam finatis viam, atque animo concipiatis quicquid artis ingenium naturæ venustatibus adicere potest: dummodo hæc necum consideretis: heu nos miseros! hæc omnia non aliud sunt, quam rudis, atque incompota imago speciei illius, quæ in Deo elucet: levia sunt lineamenta, atque vestigia, quæ Deus in creatis rebus effudit, ut nos ad primæ illius pulchritudinis

amorem impelleret! Ille, qui floribus, & sideribus cæterisque rebus tantum consulit speciem; quantum ipse speciosus erit? si tantum aliis tribuit, quantum ipse retinuit? si singula nos capiunt, quid ille, qui possidet, & continet universa? Divina hæc pulchritudo tanta profecto est, ut Deo ipsi sufficiat; cum proximæ pulchritudinis contemplatio illum ab æterno occupaverit, atque beatissimum efficiat: amat Deus, inquit S. Bernartus, neque aliunde hoc habet, sed est ipse, unde amat. Hujus supremæ pulchritudinis solus aspectus omnia inferiorum tormenta in Paradisi delicias convertere potest: si, quis omnia damnatorum supplicia perferret, si inter flammam, quibus extraciaretur, si inter comburentes ardores, incombustus arderet; si, inquam, inter omnes calamitosissimi loci illius horrores unicus Divinæ hujus pulchritudinis radius tenebrarum illarum densitatem perferderet: eodem tempore infelicissimi illius hominis rabies, æque desperatio in inexplicabilem lætitiarum converterentur; ad illum intuitum omnes poenæ mitescerent, atque ipse volupratum oceano innataret. Animo igitur finge, si potes, quænam hæc esse debeat pulchritudo, cujus aspectus Paradisum, privatio vero infernum ipsum constituit; cumque altiorum illius ideam animo conceperis, obtusescere, atque de te ipso mirare, quod hæcenus eandem tam legeris, & adeo parum amaveris; pulchritudo tam antiqua, & tam nova! sero te amavi. *Idem.*

Petit Deus cor nostrum totum quantum est, neque ullam pati potest divisionem. Hac arte usus est Salomon in celeberrimo d'arum mulierum iudicio disceptantium utriusque pueri quidam, ut veram matrem cognosceret. Vix enim Rex ille præceperat, ut puer bifariam cæderetur, cum haud æque quæ patiebatur pueri ejusdem sectionem atque divisionem, palam ostendit se matrem esse supposititiam: ea vero quæ hanc divisionem, atque sanguinis effusionem pati non potuit, aperte probavit sanguinem illum ad se pertinere. Doctorem supposititiam matrem hanc imitatur: dividatur ait: illico nequaquam petit totum cor; & satis putat si vel minimum ejusdem particulam, atque partem, novit quippe se illam non obtinuisse totum: scit enim Deum, ubi divisio fuerit instituta, totum illi cessuram. Verumtamen Deus, cui debetur totum, tuetur jus suum, nihil de illo remittit: cor nostrum totum quantum est, si usus est; ipse ergo totum vult habere. Et profecto si intelligere possent homines, quantum illud sit, quod debent Deo, viderent sane nihil esse dividendum, ubi debitum immensum est. & ubi quicquid perolvere possumus, tantillum est. Pallium est nimis arctum, ait Iaias Propheta, duos regere nequit, ita cor quoque nostrum nimis angustum est, quam ut in plura objecta dividatur. *Idem.*

In ipso statim Orationis exordio menti occurrit, quod in Vitis Sanctorum Patrum me legitime memini de Veteri quodam Anachoreta, qui intra lustra serarum, atque inter memora confenerat, cui postremis vitæ suæ diebus cupiditas oborta fuerat scientiæ indispicendæ, quo quidem tempore scientia in alium usum prodesse non potest, nisi ut bene moriendo ferat opem. Ad hoc igitur se contulit in celeberrimam quandam Academiam, ubi artes ac scientiæ magis, quam alibi terrarum florebat, ibique ex Magistro sublimis veræque scientiæ, factus est discipulus, ut honium scientiam perdisceret. Vix autem in gymnasium pedem intulerat auditorius, cum Doctor quidam speculationibus refero capite, quas auditoribus suis vendidat, exedras ascendit; qui statim eum, de qua agimus, quæstionem in medium protulit, utrum Deus sit ex toto corde diligendus. Sanctus ille vir stupore percussus cum in dubium recitari videret hanc propositionem; statim loco cessit, atque gymnasium valere iubens, iterum specus relicto petiit; pietas enim ipsi s' accessita fuerat, ubi audit in utramque partem agendum proponi primum illud principium, quod sua quidem sententia adeo erat manifestum, ut nemo unquam hominum de eodem posset ambigere. Postmodum vero lacrymis liberam aperiens viam ad hominum cæcitatem, inanemque suam curiositatem delendam; nunc video, ait, me majori scientia præditum esse, quam existimabam; trīginta enim, atque ultra elapsi sunt anni, ex quo certissime illud scio, de quo inter præcipuos sæculi Doctores hæcenus disceptatur. Utinam Auditores lætissimi

De cordis nostri inter Deum, & creatas res divisione.

Exordium concisionis de amore Dei.

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.L.

jaque ex corde maxime cupio, nobilis hac audientium corona eamdem mihi hodie contumeliam afferret! mecum preclare adum censerem, atque tenui hinc apud vos differendi gloriae libenter eam voluptatem praeferrem, qua perfectionem vestram invitius afficerem. Verumtamen satis intelligo neque vos, neque me eo usque perfectionis evasisse, ut metuendum mihi sit si vos hodierna die istic immoratus fuero de ipso ex primis Fidei nostrae rudimentis verba faciens, ac probaturus Deum esse diligendum &c. Exord. serm. manuscr. P. Castillon.

Omnia ad Deum amandum invitata.

In singulis creatis rebus quaedam lingua est, ac valida vox, quae nos ad Deum impellit, atque ad illum amandum invitatur. Omnes res eloquentes sunt, inquit S. Augustinus, in Psal. 102. & quocumque in statu considerentur, ipsae etiam earum imperfectiones, vel defectus, totidem variae voces sunt, quibus Deus utitur, ut nos accersat, vocat undique: clamat Caelum, clamat Terra, non me diligit, sed Deum. Ita opes illae, quas vides, aurum quod nect oculis tuis, thesauri omnes, quos possides, dicunt, non ipsos a te esse ex corde diligendos, sed illum unum, qui eadem largitur, & qui omnis affluentiae fons est inexhaustus. Ut æquum non est, munera datori suo ferre injuriam; ita æquum non est, imaginem quæ non nisi imperfecta esse potest, magis quam prototypum, diligere, & exigua quaedam peritura pulchritudinis lineamenta, supremæ, atque immortalis pulchritudinis amorem nostrum præcipere. Quotacumque sit horum objectorum illecebra, omnia tamen fatentur, aliquid esse infinite speciosius, quod potiori jure amorem nostrum promereatur. Pater Champagny in delecto. Sermon. Collect. tom. secundo sermone primo.

Quæritur, utrum modus aliquis servandus sit in amore Dei, qui absolute atque essentialis necessitatis supponitur: verumtamen quæstioni huic non alla solutio adhibenda est, quam tritum illud D. Bernardi adagium, modum omnem in Dei amore servandum hunc esse, ut sit sine modo. Deum minime amare possumus, nec quantum meretur amari, nec quantum amare tenemur: igitur, quantum possumus, amandum est, nisi possumus illum amare, quantum amandum est. Gravissimus error esset, si quis hac in re, excedere posse putaret; cum enim Deus infinite perfectus sit, atque sit postremus finis noster, liquido constat illum sine modo, atque in infinitum, si fieri posset, a nobis esse diligendum. Alique tamen servandæ mensuræ sunt in usu mediocri; eorum quippe aptitudo, quæ major esse potest, vel minor, & quæ suos limites habet, norma esse debet, quatenus referantur ad finem: contra vero amor finis nullos habet limites, quia ultra finem nihil est. Quod occasione præbuit D. Augustinus, ut ad JESUM CHRISTUM ita Orationem converteret: doce me Domine quæ modus in Dei amore sit mihi retinendus; verior enim ne vel nimis, vel parum hoc amore succendat. Amandum est ex toto corde, inquit JESUS CHRISTUS: nec satis est: ex tota anima: at ne id quidem satis: ex tota mente. Quid vis amplius? Aliquid fortasse vellem, si quid amplius esse posse intelligerem. Auctor Anonymus.

Explicatio præcepti amoris Dei ex D. Augustini sententia.

Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, ex tota anima, & omnibus viribus tuis; ita ut ad Deum omnes cogitationes, omnis intellectus referatur quemadmodum quæcumque habemus uni Deo accepta referenda sunt. Cum enim illum amare iubemur ex toto corde, ex tota anima, & omnibus viribus; ne minimam quidem partem nobis reliquit, qua eumdem rei locum præbere nobis integrum esset. Sed opus est, ut amoris nostri in Deum currentis impetus, pernicissimi torrentis, vel maximi fluminis instar secum trahat, atque illic ferat alia quæcumque objecta, quæ ad amorem nostrum captandum sese nobis obiciunt. Neque prodest asserere, Divinæ charitatis præceptum cum affirmativum sit, obligare minime posse pro quovis tempore, & pro omnibus, singulisque vitæ momentis, hæc enim regula locum habere nequit in primo præcepto, quod offendit necessitatem adhibendi Deo per amorem tamquam postremo fini nostro. Cum nihil sit, quod ad hunc finem referri non debeat, amandi necessitas generatim ad omnes vitæ actiones extenditur: non eo quod omnibus vitæ momentis actus amoris Dei teneamur eli-

gere; sed quod in omnibus vitæ nostræ actionibus non alium præter hunc finem nobis proponere teneamur. Idem.

Cum uniuscujusque Christiani viri perfectio in præcepto amandi Deum ex toto corde, ex tota anima, omnibusque viribus continetur, quemadmodum dubitandi locus non est; liquido constat, Christianos omnes necessario teneri, ut ad perfectionem adnitantur, atque ipsos contra primum præceptum peccare, ubicumque huic amori deserant. Itaque ad perfectionem contendere, non aliud est, quam in dies magis magisque in amore Dei convalescere, quod tunc acquiritur, cum nunquam nisi ex charitatis principio, atque motu operamur. Non alia præter hanc ratio est proficiendi, adeptamque perfectionem tuendi. Idem.

Sedulo perpendamus, amabo vos, JESU CHRISTI verba maximum præceptorum omnium irrogantis. Diliges Deum, inquit ille, ex toto corde tuo, ex tota anima, ex tota mente & omnibus viribus tuis. Numquid Deus ex tota mente diligitur, cum exiguo adeo habeatur in pretio infinita magnitudo adorabilis majestatis ejusdem? profecto Divinus hic Magister aperte dixit; quod mundus illum non noverat. Si enim iustum illum ideam animo conciperemus, videremus fane creata omnia nihil esse coram eo. Id enim si cognosceremus quomodo terra bona, voluptates, honoresque ullo in pretio habere possemus? quomodo hæc illarum rerum existimatio cum Dei amore simul esse posset? At Deus amandus est etiam ex toto corde, & omnibus viribus. Oh nos miseris, quantum ab hoc præcepto abhorremus! Verum est, Avaros pecuniam, atque fluxa hujus mundi bona ex toto corde diligere; libidinosos voluptatum suarum objecta deperire; ambitiosos mundi hujus honores, atque dignitates persequi: hi ergo nil aliud cogitant; de illis, quæcumque se habet occasio, loquuntur; illis sunt unice intenti; terram, atque terræ diligunt, idque & verbis, & factis satis ostendunt. Sed quodnam inditum est diligere Deum? numquid aliud quidpiam majori quam Deus, oblationi traditum est? si videre possemus, quid in hominum mente volutetur, quam parum Deo vacare, omnibus creatis rebus penitus abditos, intueremur! si audire possemus, quidquid dicunt in corde suo, quam paucos in universo terrarum orbe inveniremus, qui loquantur de Deo. Regum aulae aulicis refertæ sunt; fora iis qui lites transigunt; officina Mercatoribus, atque Artificibus; agri Colonis, at quotsvisque in tot officii exquirunt Deum? quotusvisque de Deo in conversationibus loquitur? hæc tamen veritas est; ea cogitantur, quæ amantur; de illis loquimur, illis vacamus; sed mundus nunquam loquitur de modo, quo Deus diligendus est, quia Deus ibi neque cognoscitur, neque diligitur. Liber cui tit. Le Christian Inconnu.

Consideremus hanc legem, qua Deum amare jubemur: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua. Verba hæc plane demonstrant, Deum expetere, ut facultates omnes, viresque nostræ, quantæ illæ sunt, ipsi uni vacent. Omnia postulant nihil excludit: ideoque si Deo tribuerimus, quidquid illi tribuendum est, nihil vel pro nobis, vel pro creatis rebus, nisi ad Deum referantur, reliquum fiet. Si enim aliquid amoris nostri creaturis impendimus, quin referatur ad Deum, tantamdem vires nostras immittimus, neque amplius Deo eam præbere possumus cordis plenitudinem, quam petit a nobis. Quod in Evangelio JESUS CHRISTUS docet, neminem duobus Dominis servire posse, nihil significat aliud, quam quod Deus hac prima lege præcepit. Non patitur Deus amorem nostrum inter ipsum, atque creaturas dividi: non patitur JESUS CHRISTUS servitutum nostram duobus Dominis impendi. Præcipit ille, ut Dei unius servitus a nobis quaeratur, eique uni placere velimus; cæterum ejusdem prudentiæ unice nosmet tradamus. Desumptum ex tom. 1. spirit. Epist. P. Swain.

Magna hæc lex amoris Dei, diliges Dominum ex toto corde tuo &c. ut juxta Dei ipsius mentem adimpleatur, magna requirit ovidia, neque animo concipere possumus, ad quem usque limitem a nobis observari velit Deus: verumtamen in hac vita plurima passim occurrunt, ubi magnum hoc præceptum vite adimplere prohibemur. Nullum oculis nostris sese offert objectum, quod non evertat cor-

Non solum Deum, sed quomodo diligendus sit, pauci cognoscunt.

nostrum, nisi nobismetipsis cautius invigilemus. Creaturæ quæcumque tot laquei sunt incautus, ac nulla circumspicientibus pericula, quorum ingens est numerus: nulla enim ex illis est quæ vel illecebris suis, vel sua oppositione prohibere nequeat, ne cor humanum sese tradat Deo, quemadmodum tenerat. Hæc illa magna illa, quæ Deus de se nobis revelavit; mirabilia opera, quæ pro nobis operatus est; objecta illa illecebris affluentia, quæ oculis nostris obicit amorem nostrum captaturus, hæc inquam omnia non merentur, ut eidem penitus adhaereamus, eique omnem benevolentiam, amoremque nostrum devoteamus? Idem.

Deus integrum ac totum amorem postulat.

Integrum amorem, integramque cordis nostri, huic objecto applicationem exposcit Deus. Expofcit totum cor, quia ipse totum cor effornavit: Totum me fecisti, ut totum me haberes. Meretur totum quia infinitas habet illecebras, quæ omnia studia nostra potest attrahere: & quia omnia vota nostra potest explere. Quomodo vero hanc illi, quæ debemus, & quam ipse postulat, dilectionem deserere possumus, si illam cum creatis rebus dividamus? Illi in infinitum amare deberemus, si vires nostræ id ferrent; & quamvis infinita corda nobis essent, illa omnia uni illi deberemus: sed cum unum dumtaxat sit in nostra potestate, hoc illi integrum tradendum est, cuius si particulam auferamus, iam quod ille meretur, eidem nequaquam tribuimus. Hoc in aliis objectis non accidit; quorum plura simul amari possunt; cum enim hinc debet amor, hinc finem quoque habere debet finem, qui illa prosequimur: sed Deus unus cor nostrum mereri potest, ipse enim unus infinitus est; quod privilegium si creatæ cuicumque rei deserimus, hoc ex affectione nostra potius, quam ex merito ejus contingit. Ego Deum amare non possum amore prælationis; hoc est, eo amore qui dignus sit Deo, nisi eundem ex toto corde diligexero, & nisi amor, qui illum prosequutus fuero, nulla fuerit divisione immittitur: Amor Dei in corde esse non potest, ubi non est solus. Ratio vero ex hujus amoris natura petitur, qui amor est apprehensionis, atque prælationis, quæ Deum plura æstimat, quam omnia simul creata. Ad hæc petitur etiam ex ipsius cordis natura, quæ simul habere nequit duplicem amorem prædeterminantem; atque contradictio voluntatis est velis rebus omnibus præferre Deum, & aliquid præferre Deo; aut solus est, aut summus non est. Cum sit amor prælationis, solus esse debet; & quamquam nobis liceat, res etiam creatas amare, cum alieni amores huic prælio tamquam legitimo subordinati sint, cumque objecta cætera propter Deum tantummodo diligantur; jure affirmare possumus, amorem hunc solum esse, quoniam per hunc reliqui amores moventur. Hic amor est etiam Dominus, quoniam nihil oppositum patitur. Sentire quidem possumus internos motus amoris Dei reluctantes; hæc tamen sunt seditionum primordia, & rebellionis semina quæ amor Dei suffocare potest, antequam libertas illa probaverit: verumtamen si cor nostrum cum voluptatibus atque divitiis dividamus, si has amemus cum Dei præjudicio, & sine illa subordinatione, quam dixi superius; liquido patet nos evertere Dominans illud amoris imperium, atque Dei charitatem ex corde nostro projicere. Cur autem? quia illa nequit esse in corde nisi imperium obtineat. Hoc autem imperium Dominus occupat, qui cor tuum cum creatura dividit; absoluti Domini qualitatem admittit illi, cum aliquam admittit illi cordis particulam. Bironat serm. 3. pro 3. Quadragesimæ.

Deus totum vult cor, Deum totum parat esse.

Discrimen illud, quod reperitur inter Deum, & hominem in cordis nostri possessione, illud ipsum est, quod intercedit inter tyrannum, atque legitimum Regem, cui certum jus, absoluta potestas, atque suprema auctoritas est. Hic petit totum imperium tamquam bonum sibi debitum, ac solus vult dominari; tyrannus vero cui nullum est jus, eidem sufficit, si dividatur. Ita Deus, qui absolute habet jus in cor nostrum, hoc integram devote, cui nulla sibi suppetant jura, cor integram postulare non audeat, & præclare actum putat, si particulam suffragetur dicens cum impia muliere, cuius tertius Regem liber meminuit: nec mihi, nec tibi sit, sed dividatur. Hæc dormiens filium suffocaverat, acceptoque clanculum mulieris alterius

prope cubantis infantulo, sumum in eius locum substituit. Inde lis orta est, atque coram Salomone utraque hæc mater accessit. Assirmabat utraque superflitem filium suum esse; cum hoc tamen discernimine, quod Mater legitima puerum dividi noluit; malitque eodem carere, quam bifariam cæsum intueri; fallax vero Mater cruentæ divisioni præbuit assensum. Ita de humano corde loquitur dæmon longe crudelior: Nec mihi, nec tibi sit, sed dividatur. Quantumvis capiat sibi Deus, dummodo mihi cordis hujus pars relinquatur; satis est. Verumtamen quod ipse manibus suis præstare non potest dæmon, id quotidie manibus nostris assequitur. Idem.

Hæc divisio iniquior adhuc videtur, si illum cogitare velimus, cui cor nostrum tradimus, vel cum quo illud dividimus, Domino, cuius unice est, contemeliam inferentes. Cuium vero illud tradimus? mundo videlicet, opibus, voluptatibus, atque ut verbo me expediam, creaturis illis, quæ non merentur illud, quæ immo indignæ sunt, neque citra iniquitatem, & Divinæ gloriæ contumeliam illud petere possunt; nihil enim in ipsis est, quod jus aliquod in cor nostrum mereatur. Ad hoc nihil habent, quod nobis tradant, & quo remunerari possint prodigam obedientiam, perfectamque animi nostri servitutem. Aurum, atque argentum, quibus cor nostrum adhæret, esto quidem, crimine vacent, innocua sint; immo quatenus per illa vitæ nostræ egestatibus consulere possumus, esto, curam, & affectuanculam quamdam mereantur; sed heu! si hujusmodi objecta in se ipsis nocua non sunt; nocua tamen sunt ubi hominum avaritiam perterant, & surantur cor, quod uni debetur Deo. Hæc illa instrumenta sunt, quibus utitur Dæmon ad nos perdendos. Idem.

Sanctus ille contemptus, quo excipimus quidquid Deus non est, & ad gloriam ejus non pertinet, manifestum argumentum est perfectæ obedientiæ voluntati Dei, atque perfectæ charitatis. Profecto quotidie videmus hominem, qui magnum aliquid molitur, vel cui violentus quipiã affectus dominatur, nihil affici nisi omnibus, quæ ad consilium, affectumque suum non referuntur. Nequiquam illum disuadere conaris, vel iucundo quopiam spectaculo, quod illi obiciat, a proposito deflectere; oculos habet, & nihil videt; aures habet, & nihil audit. Talis est illius animæ status, quæ nihil vult, nisi quod Deus vult; attentio ipsius in Deum, atque in gloriam ejus unice intenta, ita mentem ejus occupat, amor pro utroque ita omnes cordis vires exhaurit, ut reliqua omnia in nullo habeat discernimine. Sed quomius illis objectis afficitur, quæ passim Christianis hominibus placet, eo magis quærit quæcumque pertinet ad Deum, collectæque ipsius vires mirabiles conaris exerunt, seu ut sibi Dei possessionem certam faciant, seu ut Deum ipsum glorificent. Desumptum ex libro manuscr.

Qui Deum per se diligit, nullo habet discrimine certior.

Nemo unius meritum charitatis ignorat; nihil profus adici potest mirabilis elogius, quibus Patres eandem celebrant. S. Clemens Alexandrinus illum primum in hominis Christiani officium vocat; S. Chryostomus præstantissimum donorum Dei; S. Gregorius Nazianzenus, maximum scientiæ sanctorum articulum; S. Hieronymus virtutum omnium parentem; S. Prosper, omnium bonorum operum compendium. Nemo denique est inter Sanctos Doctores, qui de incomparabili hac virtute verba faciens citra quamlibet dubitationem primas illi deserat inter ea omnia, quæ in ordine gratiæ magis sublimia inveniuntur. Cæterum hujusmodi tituli in eo majorem cedunt charitatis gloriam, quod non aliud sunt, quam fidelis interpretatio eorum, quæ Apostoli, immo ipse JESUS CHRISTUS, nos docuerunt. Ex eodem.

Deus ab eterno cum nobis amicitiaæ fœdus sancire cupit. Ipse etiam primos gressus movere, atque cor nostrum exposcere dignatur non solum apertis verbis, verum etiam tot organo, quot insignia beneficia numerare possumus, quibus nos ipse pravenit. Quid dico ipsum nobis præcipere ut eum diligamus? hoc immo unicum præceptum est, quod irroget nobis; quæcumque enim alia ad hoc referuntur, atque vias multiplices quædam exercendi amplectuntur. Denique terrerim ipse nobis minatur supplicia alio amorem nostrum convertentibus. Domine, quid est homo? clamandum est cum Sancto Job: quare tanti illum facis, tanto illum amore prosequeris? Licet per te mihi, o Deus amoris, atque misericordiæ, expetere ac efflagi-

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.L.

flagitare, ut rationis hujus sensum aperias, qua cum hominibus operaris. Si huic homini aliquid inesset rationis, justitiae, atque sapientiae, numquid posset non diligere te? cur ergo precipis, ut te diligit? si autem adeo ratione destitutus est, ut ad te amandum sit opus imperio, illene tanta felicitate dignus est? O incomprehensibile bonitatis abyssum! nequaquam dignus est homo, qui a Deo diligitur; sed haec ipsa causa est, propter quam Deus tantam illi conferre gratiam dignatur: ita non justitiam suam, sed misericordiam vult Deus ostendere; ejus vero misericordia numquam magis elucet, quam cum nil tale merentes suis cumulat beneficiis. *Aut. Neotericus, & Anonymus.*

Quanto nobis solatio haec veritas esse debet? si ut nostrum amorem tibi, Domine, testemur, opulenta afferenda essent munera, difficilia facinora suscipienda, gravissimi labores ferendi, quid fieret cor rectum, atque integra voluntas, nostrum scelus est, nisi ignia amoris nostri testimonia praebemus. Quid enim tandem facilius est quam cum diligere, a quo tot, tantisque beneficiis cumulati, & cum quo actus adeo vinculis conjuncti sumus? Hoc, Christiani, hoc sapies animo reputandum est, ut excitemus in cordibus nostris desiderium unicum illud, quod prestare possumus Deo, bonum deserendi; hoc est pro virili gloria illius procurandi. Quid enim tandem est amare aliquem, nisi eidem velle ea, quae vobis bona? asserere autem hoc nos bonum cupere, quin pro viribus adnitamur ipsum & quaerere, & procurare, ubi sese offerat occasio; hoc sane illud est, vel ad summum inanibus officiis immorari.

Nihil a Deo amore excusari nos potest.

Amoris Dei facilitas ex ipsa natura, atque studio cordis nostri petitur; cor sibi metipsum vim inferat necesse est, ne diligit Deum; vim, inquam, crudeliter aequae, ac fustigat, qua illum bonorum omnium maximo privat. S. Augustinus ait, aliquam excusationem praetere posse mortales; sed quod Deum minime diligunt, sese nullo pacto possunt excusare. Dicere quidem potes, jejunare non valeo; numquid vero potes asserere, amare non possum? amor motus est humano cordi maxime naturalis, ac facilis; vim illi inferret, qui diligere prohiberet; adeo ad amorem natum est, & si natum est, ut amet, numquid istum amare non potest, qui unice amabilis est? Nonne ingrati animis monstrum est, S. Chryostomus exclamat, Deum non diligere: Deum, qui licet opera nostra non egeat, nos tamen diligit? nos vero e contra illum amandi consilium inire non possumus, cum indefinenter ope ejusdem indigemus? praesertim fortunae bona, hominum amicitiam, corporis nostri requiem, & commoda, atque hujus mundi gloriam, illi, qui nihil nobis voluit antefere, & qui cum unicum haberet Filium, hunc pro salute nostra nobis tradidit mortuum. *Abbas de Breteville lib. cui tit. Sacra & Forensis Eloquencia lib. 2.*

Si voluptas amoris illecebra est atque esca; ille super omnia diligendus est, qui nos veris replet voluptatibus. Huic amori absentia non officit, nulla in vacuum emittuntur suspiria, nulla effunduntur querimoniae, quae non exaudiantur; Deus semper est propior illis qui cupiunt ipsum; in omnibus itineribus comes est; semper cum illis permanet, immo etiam in illis; eorum amaritudines lenit; non solum verbis, verum etiam cogitationibus eorum responderet; & si quid unquam pro eodem patiuntur, pro fluxu dolore sexcentas solidas, aeternaque voluptates impertit; praeterquam quod quicumque Deum amat, certus est se amari a Deo, immo se a Deo amatum fuisse antequam amaret Deum, & amorem quo Deum prosequitur, effectum esse amoris, quo a Deo diligitur. Nonne satis valida ad Deum amandum ratio est, certo scire, nos a Deo amari? *Desumptum ex collecta orationum Parisiensis Academiae oblata Anno 1703.*

Deum ex toto corde diligimus, cum ad ipsum pergitur, atque illi adhaeremus omnibus cordis nostri motibus, eique omnes affectus nostros impendimus. Diligimus illum ex tota mente, cum mens ipsa uni illi vacat; cum ille praecipuum est cogitationum nostrarum obiectum; cum in eo posita est cura nostra ut illius pulchritudinem consideremus, aeternaque veritates meditemur. Illum

ex tota anima diligimus, cum in usu omnium animarum nostrae facultatum ipsum respicimus, atque uni illi inserviendum vacamus. Ipsum denique diligimus ex tota virtute, cum eidem exactissimam rebus in omnibus, quam nobis praescripsit obedientiam praestantes, semper ante oculos nostros habemus, atque ad unguem minimum etiam mandatorum ejus servantes illum nobis tamquam unicum operum nostrorum finem proponimus juxta illi Apostoli verba ad Coloss. 3. *Omne quodcumque feceritis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Jesu Christi facite. Abbas Trappensis tom. 1. de vitae Monasticae Officiis. De Amore Dei cap. 7.*

Supernaturalis Christiani hominis affectio est amor Dei; amor pralationis, amor sine divisione, amor ardens, & constans. At Christianus vere ne amat Deum? illum ne magis amat, quam ea omnia, quae in mundo sunt? illum ne unice, ardentius, atque constanter amat? si Deum amaret, nonne Deum unum cogitaret? si Deum praeter ceteris rebus diligeret, nonne ceteras mundi res oblivioni traderet, ut Deo uni vacaret? si Deum unice, ardentius, atque constanter inquireret, nonne qualibet hora, quolibet momento ad Deum suas cogitationes referret? *P. le Valois tom. 4. operum spiritualium, exhort. de Praesentia Dei.*

Si accidit, ut Deus suas omnes sensibiles gratias amoveat, & anima, quae illum vix amore flagrantem intueatur, nulla erga illum amoris flamma se corripit sentiat; haec tunc summo rubore suffunditur, illius amandi tantum ardente concipit vota, ut quidquid dicit & cogitari valeat, longius excedant. Me amat Deus, ego illum non amo? ille flagrat propter me, ego propter ipsum frigeo? cur ergo Deus me diligit, nisi vis diligi a me? quomodo vero te diligit, nisi tu ipse mihi tuum amorem tradideris? reliqua mihi aufer Domine, ac permite, ut super caetera hoc a te petam, ut diligam te. *Idem.*

SUPPLEMENTUM.

Amor, quo Deus a nobis est diligendus.

Non Christiano tantum, verum etiam homini cuicumque rationis participi essentiale est Deum pro viribus amare; neque ad id particulare praecipuum requiritur. Haec necessitas in rationi cordis sine fide habet: creatura, quae utrum rationis obtinuit, nata est ad illum amandum, non secus ac adorandum; & si illi adorandus est Deus, quia majestas illius est infinita, amandus quoque est, quia bonitas ejus nullis finibus circumscribitur: ita amare, & adorare tota est creaturae rationalis essentia. Si placuit Deo legem illius amandi irrogare, hoc praestitit, ut confirmaret immutabilem legem hanc, in qua nascitur, non autem, ut novum nobis praecipuum insingeret; nam licet nunquam praecipisset, ut illum diligeremus, non ideo tamen nobis diligendus non esset. Mandatum hoc in ipsa natura impressum est, & donec Deus erit infinite amabilis, praecipuum creaturae ejus officium, quae capax est illius cognoscendi, est illum amare. Modus vero officium hoc obeundi hic est, quod desiderium diligendi Deum omnes cordis Christiani sensus debet occupare. Excitet fidelis, oportet, cor suum; ac illud motibus, & vividis frequentibusque elevationibus instaret; atque, quoad fieri poterit, voluntatem suam conformem efficiat cognitioni quam habet eorum, quae ab ipso praecipui hujus magnitudo requirit. Ut Deum omnibus viribus diligamus, esse debet obiectum actionum mentis nostrae, ita ut cum Propheta dicere valeamus: *Providebam Dominum in conspectu meo semper: Domine cor meum incessanter occupatum est coram te.* Opus est, ut voluntas nostra ad id omnibus motibus suis tendat, & cum eodem Propheta exclamet: *Prætere, Domine, nihil cupere possum eorum, quae in Caelo sunt, aut super terram. Quid mihi est in Caelo, & a te quid volui super terram!* Opus est, ut rationalis creaturae memoria omnino repletur Deo; & huic dicat, ut casti Levitae illi: *Adhaeret lingua mea faucibus meis si non meminerio tui.* Opus est etiam, ut omnes externae, sensibilesque subiectae actiones Deum simul habeant pro fine, & in initio, ita ut non nisi propter illum agamus, & si operamur, loquimur, legimus, quaecumque tandem extrinsecus actionem exercemus, omnes exerci-

Amor hic dicitur deus, quod omnium perfectionum, praeterea est.

Peculiaris praecipuum non est opus, ut rationabilis creatura probetur. Deum ab illo esse diligendum.

Quomodo amandus sit Deus.

Psalm. 16.

Psalm. 91.

Psalm. 72.

Homo in actionibus etiam exercit in Deo occupatur.

xercitationes, omnes occupationes nostrae ad Dei gloriam referantur, secundum illud Apostoli praecipuum: *Sive ergo manducatis, sive bibitis, sive aliud quicquid facitis: omnia in gloriam Dei facite.* Ita Deus in tota Christiani hominis vita invenitur; in singulis vitae suae operibus occupatus erit in Deo, & sicuti omnes facultates animae suae, ita & corporis eundem pro obiecto habebunt; & vere dici poterit fore ut homo tunc Deum suum ex toto corde, ab omnibus viribus, totaque diligit mente. *Abbas Trappensis in Explicatione Regulae S. Benedicti.*

Creaturarum rerum amor affectus est inquietus, & tumultuosus, qui captivat cor, ac illud lexcensis aliis affectibus laniandum praebet. Amor Dei suavis est, atque tranquillius; inordinatas affectiones extinguit, satiat animam, eamque adducit in beatam hanc libertatem, qua Filii Dei perfruuntur. Quicquid agamus, quantumvis amabile, & abolutum omnibus numeris sit obiectum, cui nostrum cor adhaerescit super terram, hoc ne momento quidem nos beatos potest efficere. Quot molesti casus! quot inopinatae mutationes! quot arumnas! quot adversitates requiem nostram perturbant! Timor, ne illud tædio afficiatur, certitudo illud aliquid amittendi nos turbat, atque sollicitat. Creaturarum rerum amor ab animi moribus, agitudo inibi vix divelli potest, atque ne vix quidem. Tu unice Deus, qui nostrum constituis felicitatem, tu noster tandiu potes esse, quandiu ipsi volerimus. Non adversa, non casus aliquis, non inimica potentia nobis thesaurum hunc potest eripere; nobisque nihil est formidandum in obiecto tam amabili, non tædium, non mutatio. Ponamus etiam, inveniri posse creaturam obiectum amore nostro dignum; quis nobis certo potest tellari, nos ab illo amore fluo dignos censeri? Deus hic adeo potens, perfectus, amabilis non solum cor nostrum non dedignatur, sed ex illo delicias suas facere oblectatur; quemadmodum ipse per Prophetam testatur: *Deliciae meae esse cum filiis hominum.* Obscurum genus, ingenii mediocritas, calamitas efficit, ut ab omnibus contemnamur. Veram illi diligitur Deum, a Deo vicissim diligimur. Principes viri nos despicunt, sed Deus nos amat. Invidi, & competitorum nostri nos oderunt; sed Deus nos amore complectitur; nos vero animum inducere non possumus, ut amorem amori rependamus! Omnis nostra felicitas in hoc, & in altero mundo in hoc proprie fita est, ut Deum diligamus; omnia pietatis exercitia ideo habentur, ut nos magis magisque ad Dei amorem accendant; neque illum habemus meritum, nisi quatenus diligimus Deum. En quo tendere debeant omnes devotiones nostrae, omnes pietatis actus. Excitemus in nobis tunc hunc Dei amorem, hanc charitatem: propter amorem hunc omnia opera nostra bona facere conemur. Si pauperes agrotos justissimos, vel detentos in carcere, si injurias dimittimus, si stipem erogamus, faciamus haec omnia tamquam specimina, quae Deo dare debemus amoris nostri. Attente cogitemus quantum Deus amari mereatur, infelicitem non amatum illum, & maxima bona eum diligentium. Persuadum nobis tandem aliquando sit, omnem felicitatem nostram in eo positam, si dilexerimus Deum, sine cuius amore nihil sumus, licet omnibus praestaremur. Dicamus Deo verba haec insignis cuiusdam sanctitatis viri: *Da mihi, Domine, tantum amorem, & gratiam tuam, & satis dives ero.* *P. Croiset in Exercitiis Alectis.*

Prov. 8.

Miram est humanum cor ad amorem Dei non moveri, postquam accepit mandatum illius diligendi.

Psalm. 16.

Psalm. 91.

Psalm. 72.

Homo in actionibus etiam exercit in Deo occupatur.

ris; vel dicendum est hominis cor nequam esse, si Deum agnoscentem illum non diligit. Nisi Deus nobis charitatis praecipuum irrogasset, dici fortasse posset, reverentiam, qua illum prosequimur, prohibere, ne illum tanto amore audeamus comploti. Sed cum ille permittat, ut ipsum diligamus, num fieri potest, ut non pareamus? aliqua ne satis valida esse potest ratio, ut illum non toto amore prosequamur? Quid in orbe universo est, quid in creatis omnibus vel existentibus, vel possibilibus, quod cor nostrum allicere valeat, & quod Deus in eminenti gradu non possideat? Majestas, pulchritudo, potentia, bonitas in creatis objectis non aliud estis, quam umbra imperfectissimae; Deus unus magnus est, sapiens, potens, & bonus. In creatis rebus qualitates amabiles in varia subiecta sunt divise; atque tot navis admixtae sunt, ut non nisi eminus placeant: Deus unus omnes habet perfectiones sine ulla mixtione, quae possit displicere. Quo propius illum intuemur, eo magis illum admiramur; nihil in eo est, quod ad illum amandum nos minime perducatur. Majestas inter homines reverentiam ciet, non tamen semper eorum animos captivat; in Deo infinita ipsius magnitudo illum efficit adhuc amabilem. Mens quidem in hoc infinito paraturam, & infinitarum perfectionum oceano confunditur; sed cor humanum ibi veram suam felicitatem nascitur. Itaque summa Beatorem in Caelo felicitas est Deum videre, & possidere. Hinc divinus ille exitus amor, qui gaudio, dulcedine, pace, & inestimabilibus deliciis, Angelos & homines cumulatur. Dicit potest, in caelo beatos esse totos mentem, & cor, ut non nisi Deum cognoscant, & diligant. Cur ergo ex hac ipsa vita non incipimus gustare Sanctorem felicitatem Deum ex toto corde diligentes? *P. Croiset, ibidem.*

Quomodo fieri potest, ut cor, quod natura ipsa adeo propensum est erga ea bona, quae sensibus percipiuntur, quod creaturarum rerum amore corruptum est, & quod toto vitæ suae spatio non aliud quæsit, quam corporis voluptates, possit converti ad Deum, & flammis adeo puris accendi, postquam omnino igne alio fuit consumptum? Non repellat Deus cor istud postquam, atque corruptum? Illud nequaquam repellat, fideles, sed immutabit illud, & vere charitatis igne inflammat; & fiet nescio quid simile ei, quod olim accidit Populo Judaeorum post reditum illius de fati diuturna servitute. Antequam Ierosolyma discederet, ignem sacrum in puteo defoderant, qui temporis diuturnitate in pinguem, & luteulentam aquam immutatus est. Cum vero in patriam idem populus rediit, Nehemias summus sacerdos misit, qui in loco, ubi sacer ignis defossus fuerat, hunc quaerent, ubi non nisi lignum invenerunt, qui tamen aræ holocaustorum superimpositis, ubi primum sol illuxit, accensus pristinam formam cum omnium stupore resumpsit. Hoc ipsum fiet in cordibus nostris: licet haec sensum voluptatibus corrupta sint, & in limum conversa, si exposita fuerint solis divini radiis, si fuerint Dei perfectiones meditata, recipient calorem suum, & Deum unice amabunt. *P. Croiset, Tomo primo suarum solitudinum.*

Præstantissima ratio omnes superandi difficultates, quae in via virtutis occurrunt, est ex toto corde illum diligere, ad quem in arcta via hac pergitur. Lex Dei suavis est in iis omnibus, quae praecipit, in iis omnibus quae continet, illi, cuius cor plenum est charitate. Amor, S. Joannes inquit, quo diligimus Deum, positus est in observantia mandatorum illius, quae graviora non sunt. Si graviora videntur, inde fit, quod cor nostrum ex glacie compactum est, quod plenum est amore mundi, & nostrummetipsum, quod spiritu Dei vacuum est. Avaritia praecipit durissima, & diuicillima; imperat, ut maria traducantur, ut sexcenta subeantur pericula, ubi nonnumquam vita ipsa in discrimen adducitur. Avaritia obtemperat; non ambigitur, an celeriter, & avide sequendum sit, quod miser hic cupiditatis spiritus suadet, & imperat. Sed agitur ne, utrum sequi debeamus Dei mandata, quae sunt suavia, & facilia ad exequendum? Ad id animam adhibere non possumus, & illa rejicimus. Nonne turpe est, quod mundus, tyrannus hic qui diuicillia tantum, & molesta jubet, majorem habeat in cordibus nostris auctoritatem, quam Deus? Nonne turpe est, ut Deo loquente novae semper obijciantur difficul-

Non repellat Deus cor nostrum, si creaturarum rerum amore corruptum.

Amanti nihil est difficile in lege Dei.

Joan. 14.

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.L.

tates, & longe majores superentur, cum mundo placendum est? *Lamberti.*

Quodam
tutus sit
argumen-
tum Deum
vere a no-
bis amari.

Deum pro collatis donis amare, amor est gratitudinis. Illum pro iis, quae speramus, diligere, amor est cupiditatis. Amare illum, quamvis nihil ab eo nos confecturos speremus, amor est ab omni cupiditate expeditus, amor purus, atque gratuitus: sed illum inter ipsa supplicia, inter adversa, & cruce amare, amorem hunc quocumque vobis placuerit titulo appellare; mihi sane desunt vocabula satis significantia, ac apta ad hanc amorem speciem explicandam. Docet S. Augustinus non deesse amorem temperantem, qui propter Deum vetitis abstinet voluptatibus; amorem fortem, qui propter Deum omnes sustinet persecutiones; amorem iustum, qui creatis rebus nutritum mittit, ut uni Deo famuletur; amorem prudentem, qui querit quidquid illum ad Deum potest adducere; sed quo nomine appellabit hunc, qui ab omnibus abstineret se vult, qui omnia pati vult, qui omnibus abrenuntiare vult, quae ipsam a Deo semovere possunt; non solum cum ab illo nulla recipit praemia, verum etiam, cum ab illo tribulationibus cumulatur? *Elogia historica.*

S. Petrus
perfectissimi
in amoris
praesentia
simam aut
exemplar.

Deum amas; hoc saltem dicis: & si veritas huius amoris ad hoc pendet testimonio, nemo illum non diligeret. Ficti, & veri devoti; peccatores & iusti; Babylonis incolae & cives Ierusalem; tepidi, atque ferventes; qui de mundi spiritu vivunt, & qui mundo abrenuntiarunt, omnes hac in re id ipsum loquuntur. Illi immo, qui Deum impensius diligunt, praeter ceteris timent, ne illum satis diligant, cum se ipsos ad avidam conscientiae suae tribunal arcestant; cum interim qui omni profusus amore sunt vacui, de ea virtute gloriantur, cuius naturam, & officia non norunt. Visne illum cognoscere, & his o. acis pertungi? oculos conjice in Principem Apostolorum, & temet ad tantum exemplar compone. Si hic Magistrum, Dominumque sum verbo tenus, & voto dilexisset; si amorem habuisset frigidum, & male calentem, numquam tam audax existisset, ut illi diceret, *Sci, quia amo te*, charitatis suae testem assumens illum ipsum, qui testis fuisset oppositi? Sed cum vere diligit; diligit illum ex tota mente, ex toto corde, ex tota anima, omnibusque viribus suis. *Tu scis Domine, quia amo te.* Et sane ita loquente, & minus a iudicio suo, quam a Dei iudicio pendente, & ab eo, quod Dei Filius in illo intuebatur, ex D. Bernardi sententia idem est, ac si diceret: *Tu scis Domine, quia amo te*, *plurquam mea bona, ac personalia negotia, plurquam meos confanguineos, & amicos, plurquam me, vitamque meam.* Potest ne inventiri amor hoc perfectior, & qui adeo magis idoneus, ut sit norma nostrae charitatis? *Elogia historica.*

Joan. 21.

Deus nobis diligendus est ex toto corde, hoc est sine ulla exceptione, sine divisione. Ratio est, quod divini amoris proprium est nullum competitorum admittere. Nobilis, & eximius ita est, ut cum terreno aliquo affectu permisceri non possit. Vult totum cor, aliter nihil omnino vult; ita ut nisi totum illi cor nostrum tribuimus, quantancumque partem illi tribuimus, nequaquam tribuimus id, quod ipse petit. Hoc nobis mirum esse non debet; quia iniurius est Deo; qui cum illo aliquod aliud amat, quod propter Deum non amat: cum enim aliquid amamus, quod propter Deum non amamus, certum est a nobis Deum minus amari, & praeterea a nobis Deo par fieri, quod hoc pacto amamus; quid enim eorum contemnimus, qui indifferenter nos amant cum aliis; sed plurimum factum amicitiam eorum, qui nos aliter praesentant: Deus non contemnet eos illud, quod amare vult cum illo etiam creatura, quae toto caelo ab illius magnitudine, ac praesentia abhorrent, quin haec propter illum, ejusque voluntatem diligat? *Pean.*

Deo debemus totum
nostri cor-
dis amo-
rem; &
hunc par-
tem est
idem inju-
riam infer-
re.

Deus triplici modo potest amari. 1. Quatenus amabilis est. 2. Acti, iugiter amoris actus elicendo. 3. Habitu, hoc est, quantum amari potest super terram. Igitur Deus amandus est ex toto corde, hoc illi unice consecrando, & uni illi. Amandus est omnibus viribus, sine intermissione adnudento, ut magis magisque in sancto illius amore progrediamur. Denique amandus est ex tota mente, videlicet efficiendo, ut mens nostra semper in illo occupetur. Ita illum amabimus, si omnes sensus nostros impendimus ad illum glorificandum;

Deus a-
mandus est omni-
bus mo-
dis, qui-
bus illum
amare pos-
sumus.

linguam ad laudandum; manus ad eleemosynas erogandas, & omnia bonorum operum genera, quibus pares sumus. Quid aequius? quid utilius, S. Bernardus ait? quandoquidem Deus est nostrum summum bonum; quandoquidem nos amat ab aeterno, nos iugiter suis cumulatur beneficiis, nobiscum tradidit Filium suum, ut nos sua morte salvaret. Nil potentius est ad alicujus amorem captandum, quam illum nostra amicitia pravertere: & sane cor nostrum omni sensu caret, & frigidum est omnino, gravius terra, & silicibus durius, si cum Deo prior nos sancto suo amore iugiter beneficiis summa cum magnificentia pravertere, illi nostrum negamus amorem; si cum amare renitimus, amorem amoris retribuere detredamus. *Idem.*

Justus timidus, pavidosque vellet quidem amare Deum; sed de suo amore inquietus, non audeat sibi dicere, se vere amare. Atentus omnibus notis a te patriis, & quas in singulos dies patre patre, ingeniosus ad sibi nova constringenda peccata, acutus in scrupulis ingeniendae libimet exaggerat singula crimina, quorum fons est, vel esse putat: obliviscitur misericordia illa dimittentis, & iustitia tantum illa iudicantis inhaeret. Deus illi est Deus irritatus, & terribilis. Vivit cum illo non tamquam filius cum suavissimo patre, vel tamquam cum amabili sponte conjux virtute praedita; sed tamquam famulus cum hero, & hero duro, ac molesto, qui omnia vult, & nihil condonat. Ille profecto fideliter incedit in via salutis, & mandatorum Dei; sed cum quadam tristitia, ac tarditate. In singula momenta siluit gradum, ut tentationes praverteret; has nonnumquam excitat, eas formidando, easque augeat nimia contentione eas oppugnando. Nullam inde refert victoriam, quae sextante ipsi scrupulorum genera non ingerat. Omnia illi molesta sunt, omnia gravia; quippe gaudium non sustinet illum; quae causa est, ut cum non possit caput attollere a terra, videatis illum semper in viis suis cum non ferendo languore progredi. *Auctor recens.*

Amor Dei
cum animo
parone
conjun-
ctus, sem-
per admo-
dum im-
periosus
est.

Deum diligimus propter perfectionem infinitam, quas in illo cognoscimus, & quales sunt cognitiones, quas de illius Majestate habemus, talis etiam est amor, quo illum prosequimur. Ad Deum amare non possumus, nisi eum ex toto corde diligamus, quia cor nostrum dividi nequit, & Deus illud vel totum vult habere, vel nihil; nos vero illum ex toto corde amare non possumus, ex toto corde, nisi illum etiam ex tota mente diligamus. Hoc est; mens nostra oculorum sursum actam supra naturam omnem attolens, videt & detegit praestantissima bona, & perfectiones ineffabiles, quae in Deo sunt; & hac cognitione victa fatur, creaturas omnes licet nobiles, licet locupletes, licet omnibus numeris absoluta nihil esset, si cum essentia, omnipotentia, nobilitate, omnibusque Dei perfectionibus compareretur, & praestare universorum omnium iustitiam facere, quam Dei amicitiam amittere. Quod supponit intellectum sublimem considerantem Deum, velut ens infinite perfectum, ipsamque perfectionem, & quo magis cognoscit Deum; eo plures in hoc detegit perfectiones, ut ita dicant, infinite infinitas. Sed e contra creaturam amas? illum fortasse ex toto corde diligere potes, non autem ex tota mente, quia haec non potest in illa agnoscere perfectiones, quibus nullus admixtus sit defectus; vel enim in ea majorem desideras pulchritudinem, vel mentem, vel fidelitatem: ita ut creaturam ex toto corde tuo amaturus, si tamen hoc fieri poterit, necesse sit oculos claudere imperfectionibus omnibus, fieri quippe non potest, ut nullam in ipsa deprehendas. Ut ames creaturam numquam amandam tota simul consideranda est; semperque roboranda voluntas est; infirmam mentem, atque judicium, perque peripice conspici possunt defectus, qui in eo, quod amas, obiecto inveniuntur. Amare igitur creaturam ex toto corde, hoc proficisci nequit nisi ab imbecillitate cogitationis; quo enim diligentius ad examen vocas creaturam, eo plures in illa deprehendas defectus, & causas, propter quas amoris tui radio atficaris: ubi e contra in Deo spiritus semper majores detegit perfectiones; propius ad illum per ipsius cognitionem accedis; praestantiora tibi videntur ejus magnalia, & digna quae tuam mentem detineant, & plenissime cor tuum explant, praeter propter ut ille, qui abiens progit ab aliquo loco videret caelum, quo locus illo tenebat, crederet

Quo magis
Deum co-
gnoscimus,
eo majores in
illo perfe-
ctiones in-
venimus, quae effi-
ciant ut
magis cum
diligamus.

Quo magis
invenimus
obiecta
creata, eo
magis in
illis de-
prehendi-
mus vir-
tutum.

Quo magis
invenimus
obiecta
creata, eo
magis in
illis de-
prehendi-
mus vir-
tutum.

Mundi
amicitia
supplicia
sunt, & in-
fidelis Dei
amor erga
nos semper
est con-
tra.

ret utrumque se mutuo tangere, & altitudine aequari; sed qui quo propius accederet, eo magis caelum dilatare, & supra eundem locum asurgere intueretur. Ita quo magis Deum magna considerantur, eo plura in illo deteguntur miracula; ita ut summopere a corde nostro diligatur, quia mens nostra illum fumopere amabilem novit. *P. Antonius de S. Martino a Porta in libro cui titulus: les Conduites de la grace.*

Cum ani-
mum nostrum
sit immor-
talis, amari
non debet nisi
quod spe-
rat se aeternum
adquirere.

Omnia dona, omniaque exquisita creaturarum rerum talenta, nonne a Deo profecta sunt, nonne redire in hoc ens immensum, & aeternum, immutabile, infinitum, quod excellentia sua praestat aliis quibuscumque magnitudinibus, quae animo fingi possunt; quod illecebris suis omnem superat pulchritudinem; quod virtutis suae magnitudine, omnibus potestatis antecellit; quod omnem injulitiam sua debet integritate, omneque lenitates suavitatebus suae clementiae, & longanimitatis; quod gloriae, & luminis claritate nitet, cui claritas qualibet nitidissima si compareretur, mera obscuritas est, ac tenebrae? Hunc nobis adstruit conceptum de amabilitate Dei S. Augustinus, quem ex Sapientis vocibus desumit: *Qui fecit fortia, fortior est; qui fecit pulchra, pulchrior est.* Sed cum, hoc posito quod fieri vix, & ne vix quidem mihi videtur, aliquis mihi daretur solidus, perfectique meritis ornatus, quibus creatum obiectum decorari potest, nam haec merita constantia essent, & permanentia? ideoque essentiae haec vera merita? Merita digna affectionibus animae, quae cum ad immortalitatem creata fit, nihil amare debet nisi quod sperat se aeternum esse amatum? Creatur haec, quae adeo formosa est, aliqua calamitas, aliquis accident morbus, nonne statim amittit omnes spiritus sui, aequae ac corporis illecebras? Dolor, qui divinus animae inharet nonne satis est ut subvertat optimi temperamenti oeconomicum, omniaque oris decora delectat? Nonne sunt grates, ubi species, & pulchritudo evanescit? occasiones negotiorum, ac impedimentorum, ut mentes magis mature, corda intrepida agitantur, & perturbantur? ubi virtus hominum prudentissimorum, & quae comper in sui, illos quodammodo videtur deserere? Tu unus, o Deus, in uno te continet quicquid opus est, ut iure hoc nostri amoris obsequium stabile, & constantis exigas, quia tu unus semper es idem. *Tu autem idem ipse es. Auctor recens.*

Quantumcumque Dominus emineat potestatis supremis mundi hujus, tamen longe nobilicium agit, quam terra Principes conlueverunt. Hi nimis beatos existimant homines lequioris conditionis, si his permittere velint, ut ad se accedant, sibi que tenentur non nisi illis permittitur, qui in subditorum numero primas obtinent dignitates. Si qui mediocri conditionis in corde suo sentunt sinceram erga Principem suum benevolentiam; his fere non licet extrinsecum suum amorem proferre, & quamvis nihil Principi gloriosius fit, quam amari: quamvis nihil jucundius accidere possit cordato viro, quam scire, se amari: majestas Principis terrae hujus postulat obsequium, quod vix permittit, ut subditi praeter se ferant, quousque procedat amor, quo illum prosequuntur. Tu vero Domine, neminem repellis eorum, qui volunt tibi cordis sui sacrificium offerre. Tu magnus es, tu fons es omnis magnitudinis: tamen nobis permittere dignaris, imo etiam praecipis, ut te diligamus; & perinde ac timeres, ne pavor nimis obsequii prohiberet, ne te amaremus, hoc palam jubet explicita lege, in qua nullam personarum acceptioem admittis. Simplex, & rudis te diligere possunt charitate aequae tenera, & generosa, qua sublimissimum ingenium, & absolutissimum doctor: pauper, & artifex te diligere possunt eo amore, ob quem non minorem illis gratiam habes, quam si te Imperator diligeret. *Idem.*

Temendum non est, ut in Dei amore id experiamur, quod vulgo accidit in necessitudinibus; quae cum saeculi optimatibus, Principibusque junguntur. Libido, ingenii mobilitas, suspicio est minima quadam occasione oborta, in qua videbimur nostro detulisse obsequio, illorum animos averit, nascam illis ciet, illos laceffit, noque de eorum favore deurbat. Oblectantur sibi fingentes in nobis aliquid fidelitatis defectum, qui abrogare possit totum meritum ejus obsequii; quod ipsis impendimus; hinc enim sibi facile persuadent, non teneri amplius ad ea praestanda, quae a se non

Reges ter-
ra non di-
gnantur a
subditis re-
mari; sed
Deus con-
tra gessit
amari aequae
pauperi
milita de lo-
cupletissimi-
mi.

Quo magis
invenimus
obiecta
creata, eo
magis in
illis de-
prehendi-
mus vir-
tutum.

Temendum non est, ut in Dei amore id experiamur, quod vulgo accidit in necessitudinibus; quae cum saeculi optimatibus, Principibusque junguntur. Libido, ingenii mobilitas, suspicio est minima quadam occasione oborta, in qua videbimur nostro detulisse obsequio, illorum animos averit, nascam illis ciet, illos laceffit, noque de eorum favore deurbat. Oblectantur sibi fingentes in nobis aliquid fidelitatis defectum, qui abrogare possit totum meritum ejus obsequii; quod ipsis impendimus; hinc enim sibi facile persuadent, non teneri amplius ad ea praestanda, quae a se non

retribuenda esse putabant. Deus nosse magis & quae, & fidelis, non ita inanes praetexit causas, ut secedat ab amantibus se, vel ut inulto frigore, vel malis, quae meriti nequaquam sunt, rependat sincerum amorem, quo illi adhaeremus, illud autem nos magis, magisque certos debet efficere de illius charitate, quod ille intrus & in cute omnes cordis nostri affectiones cognoscit. Nullam concipimus votum, nullum est animus consilium, nullum proferimus gradum in illius gratiam, cuius ille testis non sit; ut illum nobis merito veritat, ac remuneretur. *Auctor recens.*

Tepor nosse, ingrati animi vitium, infidelitas nostra possunt quidem a nobis Deum avertere, & aedificas efficiere, ut nos repellat. Hoc pacto agerent mundi huius amici, quibus esse potestas, & auctoritas de perfido ingratoque homine poenas sumendi. Sed bonum tuum cor, Domine, efficit, ut longe alioferga nos moveas sensus. In ipsis defectionibus nostris dissimulas, & lapsus nostros excusas. Studes ex animi tui bonitate in infirmitatem nostram revocare noxas, quae potius nequitiae nostrae acceptio referenda sunt: & cum facin. s nimis est enorme, ut illud admittere nequeat temperamentum, quod tua misericordia vellet adhibere, differens poenas quas illud ineretur. Patientia tua ultiones tuas cohibet, ac remoratur. Licet vel levissima criminatae adveniant amicitia, non vis, nos ne gravissimis quidem ita perturbati, ut animos prolixius despondeamus. *Idem.*

Quid igitur faciendum superest nobis, nisi ut cum S. Augustino lacrymis prosequamur nostram calamitatem, qui tandem viximus quin te diligeremus, o pulchritudo semper antiqua, & semper nova! Haecenus te non amavi; si tuis largitibus illecebris, tuarumque perfectionum luce victus, quas aperti oculi mei agnoscere incipiunt, tibi cor meum devoceo; sero nimis, o Deus, hoc tibi offero sacrificium: *Sero te amavi.* Num tandiu mihi vivendum erat, quin te cognoscerem, & diligerem! Verum quomodo nam te cognoscere potui sepultus in limo cupiditatum mearum, quibus inemer abideram! Excipe, Domine, licet sero nimis, obsequium cordis contritum, & humilitatis, quod propter transacta flagitia dolore, ac penitentia conficitur. Non alius opus est poenis ad ignavian, ac impietatem meam puniendam, quam penitentia ob vitam haecenus in tanta caecitate peractam, & sensibus indignationis, quos contra me ipsam doveo. *Idem.*

Hodierna die incipere volo amare te, Deus meus, ut deinceps te in reliquum vitae meae spatium diligam. *Diligam te, Domine.* Sicuti amor quo me dilexisti, sterilis non fuit; voto etiam, ut ex effectibus illum agnoscas, quod deinde cor meum addebit erga te, quin res ulla ejus flammam extinguere possit, ope gratiae tuae. Quid enim me a charitate tua divellere poterit? *Quis me separabit a Charitate Christi?* Numquid voluptatum amor, respectus humanus, honoris causa, assentatio, flagitiosorum hominum irrisio, fallacia mundi pleacita, quae adeo Religioni nostrae adversantur? Verum quidem est, si anteaquam vitae meae genus mecum reputari, ac praeterito tempore de futuro iudicium mihi ferendum est, heu! omnia mihi timenda sunt ab affectionibus ingenioque meo, cum propria experientia me satis, superque erudiverit, nam ipse per me sum imbecillus. Sed gratiae tuae innixus subsidio, non autem viribus meis, polliceor, Domine, nil horum effecturum unquam ut sanctissimi amoris tui patiar detrimentum. Haud ita Domine; neque mortis metus, neque vitae amor, neque timor inferni, neque prospera, neque adversa me unquam a te separabunt. Tibi offero quicquid possideo, & quicquid sum. Mentem ipse mihi dedisti, ut cognoscerem te, & voluntatem, ut te diligerem; sed nil horum, quin immo omnia his opposita operatus sum. Imposterum his pro te uno uti volo, hoc bonum tuum est quibuscumque de causis, quae fingi possunt; hoc hodie iterum tibi devoceo. *Recens Auctor.*

Quocumque amoris, & grati animi sensu anima sit percita, numquam oblivisci potest officii sui, quo bonum illi inquirendum est, quod desideriorum suorum magnitudinem repleat; aliter non nisi misera esse potest. Nos autem in Deo invenimus & nostrae felicitatis obiectum, & auctorem verorum bonorum quae possidemus, ut illum in grati animi argumentum diligamus: ita ut officium nostrum, propensio nostra, ac nostra utilitas perfecta

Tepor, & aedificas
ostia si-
lum mu-
re ac-
quet.

Sensus cor-
dis sancto
amore luc-
centi.

Propo-
tum de-
cepti ama-
re Deum
sine ulla
variatio-
ne.

Verus Dei
amor quo-
dam in se-
su perfecte
cum sui
nihil plus amo-
re confe-
sit.

BIBLIOTECA CENTRAL
U. A. N. L.

consentiant, quocumque modo tandem illum diligamus. Omnia nos ad Deum rapiunt, & nihil ab eo nos deterrere potest, nisi nostrum scelus. *Reccens Auctor.*

Deus qui invenit, & essentialiter possidet omne bonum, quod illius felicitatem constituit, cum extrinsecus agit, non aliud habere potest consilium, quam semet creaturis communicandi, ut de illis per quam optime mereatur; ideoque vere sine ulla cupiditate operatur. Sed creatura omnis, quae nondum possidet illum, essentialiter habet necessitatem illius possidendi, cui abrenunciare non potest, cuius numquam debet oblivisci, & pro qua nihil intentatum illi praeferendum est: ita ut aliter agere velle, sit ignorare naturam, & ordinem Dei, qui eam querere cogit extra se ipsam fugacitatis obiectum. *Reccens Auctor.*

Et re puto esse, hic discrimen animadvertere, quod non contentandum videtur, inter amorem gratitudinis, vel benevolentiae, quod respondemus his beneficiis, quae a Deo recipimus, & amorem veritatis, sapientiae, atque iustitiae. Est autem quod si per grati animi sensum amamus, nos facile bonam voluntatem nostram omnibus in occasionibus palam faciemus, omnique agemus, ut Deo placeamus, & timebimus magnopere, ne aliquid contra illius voluntatem faciamus. Attamen hic amor, qui sanctissimus est, qui nobis suadet, ut bonum operemur, & recedamus ab eo, quod mali speciem praesertit, non omnino oppositus est peccato, eiusque affectionem non immediate, neque formaliter destruit. Nobis quidem negamus voluptatem illius committendi, quia Dei voluntatem facere volumus; verum si voluptas testatum faciendi amorem nostrum Deo noxiam superat voluptatem, quae peccatum allicit cor; non ideo tamen jugulatum sensum huius voluptatis, & non efficit, ut peccatum propter ipsum oderimus. *Idem.*

Fieri hec utrumque potest, ut qui Deum amat, non amet seipsum: vel ut melius dicam, ille tantum, qui diligit Deum, scit seipsum amare, etiam sine ulla imperfectione. Ille enim optime seipsum diligit, qui serio incumbit, ut sibi veri, summi-que boni perfusionem procuret; & si bonum hoc non est aliud, quam Deus, quod rectus sensus, & ratio liquido probant; quis unquam ambigere potest, utrum amans Deum, seipsum diligit; neque enim seipsum amare potest nisi relate ad Deum, in Deo, & propter Deum, qui suo dominatur amori; pro quo uno amat seipsum, ita ut Deus unus sit scopus totius amoris ipsius. *Idem.*

Quoniam consolationis causa Christiano viro, qui novit quid sit Deus, qui novit & suavitatem, & utilitatem amoris sui, sibi met ipsum testimonium hoc perhibere: postquam amare Deum, ac tantum amare illum, quantum sanctissimus quisque dilexit. Postquam amare Deum; & nihil me prohibere potest, quominus diligam illum, non character spiritus mei, non corporis mei affectio, non negotiorum, fortunarumque mearum status. Sperare neque me aliquando esse adepturum lumina illa a deo fulgentia, quae in pluribus sanctis viris enituerent, & quae mortales omnes admirati sunt: nequequam ad hanc nominis celebritatem anhelo, ad haec praecellens munera, & cumulorum hunc honoris, & dignitatis contendo, ad quem illorum non pauci meritis, virtutibusque suis evaserunt. Haec omnia illis non invidio; quae fortasse mihi essent funesta, & quibus non uterer, quemadmodum illi praclare sunt usi. Quomodo cumque sit, quin tantumdem scientiam habeam, tantumdem gloriae in terris, tantumdem existimationis apud homines; habere postquam tantumdem amoris, ac illi habuerunt. Nil ultra peto, hoc mihi erit omnia, neque accidit unquam, ut conquerar donec tanti boni dominium obtinebo. Hominum peridia, & iniquitas eripiat mihi quicquid divitiarum mihi Providentia commiserit; quicquid opum, honorisque laboribus, consilisque meis sum adeptus; vires, bona valetudo me in ipso iuventutis flore desinant; favissimum morborum vis efficiat, ut omnes dolores morris experiar; hoc in statu postquam adhuc amare Deum; illum tantumdem, immo etiam magis diligere postquam, quam si perfecta valetudine, omnibusque fortunae favoribus fruere. Quae igitur de re conquerat? Et quod malum omnes istae calamitates mihi possunt asserere, dummodo obex non sint, quominus diligam Deum? *P. de la Colombiere.*

Quid faciendum est, ut diligamus Deum super

terram pro viribus nostris? Conemur illum quam perfectissime fieri potest, agnoscere. Sublimem nobismet aditramus conceptum summi huius entis per ea obiecta, quae hic in terris illius excellentiam nobis repraesentant. Tota fide nostra utamur, ut augeamus in nobis divinarum perfectionum illius cognitionem. Illas saepe meditemur, idque semper magna cum attentione; potissimum vero ab eo gratiam petamus illius cognoscendi. Hac ratione tot utriusque sexus Sancti adeo mirabiliter in Divino amore processerunt. Haec prima illorum exitit occupatio; scrupulari perfectionem Dei, hunc semper magis, magisque cognoscere, ut eo ardentius eum diligerent, quo perfectius cognoscerent. *Pater Segneri in Meditationibus Tom. 3.*

Eximium amoris Beatorum attributum est, hunc numquam extingui; in corde nostro est velut ignis in sphaera. Hoc de amore nostro dici non potest; saepe extinguitur, idque duplici ex causa. 1. Non ministramus alimenta apta ad illum fovendum; 2. finimus ipsum extingui per ea, quae sunt eidem opposita. Amoris nostri alimentum sunt spiritalia exercitia; haec illum alunt, roborant, & prohibent, ne extingatur, nova sepe suppeditando alimenta. Illi autem opposita sunt carnis desideria. Haec nullum habet inimicum magis infernum quam amorem Dei; hunc illa studet evertere, immo una haec tantum re occupata videtur. Timendum igitur est, ut caro huic praevaleat amori; ipsa vero experientia docemur illum quam sapissime praevaleat. Iustus hic timor non habet locum in Caelo, Sancti enim certi sunt, se in aeternum amatos; quia caro ibi non solum subdita est, sed conformis spiritui; neque opus est, ut excitent ignem semper aequo succensum. Ignorare non possumus quod adfert pericula, ne Dei amor in singulis horas in corde nostro intereat. Ad illum servandum istidem modis utamur, quibus usi sunt Sancti, donec in terris vivebant. Ubi facer hic ignis eorum corda pervaserat, illum ibi alebat precibus, meditatione, omnibus pietatis exercitationibus, & in hoc curam ponebant maximam, ut omnia cupiditatis vincula infringerent. Eorum exempla sequamur, & ignis divinus jugiter ardebit in cordibus nostris, sicut ignis in Altari holocaustorum: *Ignis in altari meo semper ardebit. Idem Levit. 6. ibidem.*

Immutabilis extrema est perfectio amoris Beatorum, qui nulli amplius obnoxius est mutationi, sicut nos. Nulla habet amplius incrementa, vel imminutiones: quippe unum attingit terminum, qui illum potest stabilire. E contra vero amor noster inquietus est, mobilis, agitur, quia ignis est, qui tendit adhuc ad sphaeram suam. Cum hic meritum nostrum constituit, agens sit oportet; agens autem esse non potest, quin mutet; cum e contra in caelis amore praemii locum, non meriti obnoxiante, Beati in illa felicissima sede quiescunt ubi in pace fruantur eo bono, quod possident. Ceterum sexcenta in hoc mundo sunt, quae difficile evitari possunt, sexcentae vitae praesentis necessitates nostram de Deo curam interruptunt, quorum nihil unquam Beatorum amori obicem statuit. Non licet quidem in terris nobismetipsis promittere amorem illorum amori similem; sed postquam saltem, & debemus, quemadmodum Beati fecerunt in terra, omnes motus nostros convertere ad Deum; postquam, ut illi, eos sanctificare per desiderium in omnibus placendi Deo, nobis rebus in omnibus illius beneplacitum, & gloriam proponentes. *P. Segneri in ius Meditationibus Tomo 3.*

Nihil medium est, vel enim aeternum in Caelis Divino amore ardere debet; vel debet in aeternum absumi ignibus devorantibus, quos extingui Divina non patitur ira. At in hoc dubitandum est? Ignis amoris tui, Domine, esse volo felix, aeternaque victima. Illum queso, hoc ipso tempore momento incipe in corde meo accendere; ecce me paratum ad altam quamcumque amoris flammam extinguendum. Scio, Domine, celi in caelis reservari, te sine ulla mixtione, sine divisione ulla diligere; verum non ignoro, me, si tua mihi optulerit gratia, te posse satis diligere super terram, ut merear te deinde pure, perfecteque in Caelis amare. Scio, donec ero super terram, meum erga te amorem semper extingui posse, imo neque omnino certum esse, illum in meo corde esse succensum: verum scio quoque te a me amari, si id ago, quantum in me est, ut amem.

in amore Dei proficiendi.

Quoniam imperat Deus ut illum diligamus, nobis metis suppeditat ad eum diligendum.

Amor Dei in Beatis extingui non potest, sed in terra periculis sum est, ut in iustis spiritibus extingatur.

Matth. 22.

Deum non nisi in Caelo perfecte diligimus, illis quantum postquam amamus in terra, eum de pleissimum in Caelo amantari.

Amor Dei in consuetudine operibus nostris supplet illi omnibus, quae magna vel tenus esse cetera.

Nihil medium est, vel enim aeternum in Caelis Divino amore ardere debet; vel debet in aeternum absumi ignibus devorantibus, quos extingui Divina non patitur ira.

mem te, & me numquam nisi ipse voluero, ab amore tuo cessaturum. Impollerum igitur in vita mea nihil aliud erit cura mihi, nisi ut alam, & augeam in me amoris tui ignem. Non vivo, heu! vere non vivo, nisi quatenus amo te; amor tuus vera est anima mea vita in tempore, & artha tua beata immortalitatis. *Idem ibidem.*

Quod Deus noster intendit, cum praecipit ut illum diligamus, hoc primum est, ut illi adhaeremus ex toto corde nostro, hoc est cum omni voluntate. Voluntas in homine est pars, quae dominatur, & imperat; haec est domina cordis; & ab illa Deus hoc petit. Fili, praere cor tuum mihi. Vult etiam Deus in amorem ipsius omnes naturales propensiones nostras, omnesque facultates interiores impendi. Diliges Dominum ex tota anima tua, & omnibus viribus tuis. Sed cum hoc praefare minime valeamus, qui mens, quae pars est intelligens in nobis, cum ceteris consentiat; Deus jubet, nos eadem uti, ut illum cum toto intellectu nostro diligamus. Diliges Dominum ex tota mente tua. Quoniam ergo Deus ipse hoc nobis praecipit, haec magna nobis est causa laetitiae, per hoc enim promittit se nobis omnia id exequendi media suppeditaturum. Ne igitur nequam moras, ut id impleamus: voluntas nostra deinceps tota fit Domini; omnia in nobis ab illo motum recipiant. Si quid cupimus, cupimus semper haerere Deo. Si dolemus, dolemus ab seclera, quibus ille offenditur; si timeamus, odium illius timeamus. Illi omnes sensus nostros consecremus, omnesque animi facultates. Mens nostra vacet excogitandis mediis illius magis, magisque in dies diligendi: ita adimplebimus praecipitum quod nobis irrogat: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Idem.*

Praeceptum amandi Deum, non nisi in Caelo perfecte adimpletur: quod tamen efficere non debet, ut animum despondeamus. Qui enim praecipit irrogat, vult & finem propter quem illud irrogat, & usum mediolorum, quae ad finem obtinendum sunt necessaria. Deus igitur in hoc praecipito duplicem habet intentionem: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.* Primum mandat, ut omnino illi adhaeremus tanquam summo bono; & hic praecipit finis est. Secundo mandat, ut diligenter Sanctis Legibus suis pareamus, & haec media sunt, quae nos ad hunc finem perducunt. Certum est, hunc finem, perfectam hanc unionem cum Deo non posse in terris acquiri, cum reservata sit ad statum Beatorum, ad statum illum in quo Deus erit omnia in omnibus. Sed hoc nos deterrere non debet; sufficit modo, nos sequi regulas, quae tradidit nobis, ut ad finem hunc perveniamus; & hoc ille a nobis exigit, ut aliquando nos remuneretur. Sed cur igitur nobis praecipit proposuit, quod non nisi in Caelo potest perfecte adimpleri? Voluit solum per hoc significare, omnia desideria, omnesque conatus nostros in hac vita eo spectare debere, ut aliquando cum illo per perfectissimum amorem uniamur. Ad huc omnes spectant nostrae cogitationes? Quam asserere postquam reposita erga te mei causam, o Deus! Num tibi deest aliquid, quod opus est, ut amorem tibi concilies? Et postquam hoc mihi praecipit irrogasti, potestne quidquam deesse eorum, quae requirantur, ut praecipit istud adimpleam? *P. Segneri in Meditationibus.*

Tuta via plurimum pro caelo acquirendo lucrandi, quin hoc multis nobis fiet sumptibus, est, nosmet exercere frequentibus actibus amoris Dei; est, nosmet assuetudine, ut nihil faciamus nisi acti cupiditate eidem placendi. Tunc non poterimus ultra conquiri, quasi pares non finis magna illa aggrediendo propter Deum, quae admiramur in aliis. Deo enim factus est, a nobis amari, quantum hoc in statu ipsum amare possumus, nec quidquam ultra quaerit. Doles, quod nequas Domino offerre austeritates, vigilas, quae aliquando tuis debentur criminibus; illis supple ex alia parte; his ultra petit a te. Amoris actus ingemina, & hoc pacto cum tenore repende quicquid austeritatum, oblivioni tradent debitas tibi penas. Nequis illius procurare gloriam neque predicatione, neque animarum regimine? Illum ama, nec ultra requireret. In mundo per statum implicitus es? terrena negotia, domesticae cure, frequentis sobolis educatio

tio meliorem temporis tui partem absumit? omnibus hisce numeribus perfingere cum intentione placendi Deo; & illi aequo satisfacies, ac si ad unguem, & summa cum dignitate sublimis Apostolus officia obisses. *Idem.*

Quoniam, amabo vos, via cogitatis Sanctos ad tantum sanctitatis apicem evasisse? La mitus illis contigit per heroicis actiones, quas ediderunt, quam per amorem, propter quem illa fecerunt. Salvator nequaquam laudavit Magdalenam, quod multa fecisset, sed quod multum amasset. Magdalenam nondum aliquam exercuerat austeritatem, quae sua deleter flagitia; sed amor Dei sui ex oculis eius lacrymarum imbres effluerat. *Quoniam dilexit multum.* Ita est, Domine, cor petis; ex quo hoc tenes, reliqua, quaecumque sunt, tibi sufficiunt. Scrutans tenes, & corda, quemadmodum illa scrutaris, res aestimas ex am re, qui earum principium est; neque de amore iudicium fers ex modico effectu, quem extrinsecus parit. Ita, Domine minutissima, & obscurissima mei status officia, quia cum amore illa adimpleo, mihi apud te locum tenent eorum omnium, quae possem, & vellem majora ad tui nominis gloriam operari; quae etiam in re maximam praestant alibi dominis esse videris. Animum ergo adiungam meum, non ut magna faciam, sed ut magna reddam ea minima, quae propter te faciam, cuius amore volo deinceps omnes actiones meas animare. Nam homini quidquam est majus, & praestantius, quam pro unico omnium actionum suarum sine sibi proponere Dei beneplacitum, & pro unico laudum suarum argumento opera Dei? *P. Segneri in M. dit.*

Jure suo postulat Dominus, ut quantum per nos fieri potest, & eo modo quem explicitissimum, illum diligamus. Ipse Deus noster est, ideoque noster ultimus finis: nonne igitur exquisitissimum est, ut non aliud homini sit desiderium, vel negotium, quam illum amandi? Avarum insipientium est, qui opes suas sibi tanquam Deum, extrinsecus inque linem suum sibi constituit. Num in mundo quidquam est, quod propter suum auri, argenteae amorem non agat? Ex toto corde opes suas amat; postquam illas immutat, ultra sibi in erfici ea solatia, quae omni culpa vacant: immo his etiam, quae sibi necessaria sunt, abstinet. Illas amat ex tota anima sua; illuc omnes illius tendant affectiones. Si morosus est, ideo est, quia suis opibus timet; si latus, & hilaris, ideo est, quia illas videt augeri; omnes illius affectus, ut verbo me expediam n, pecuniarum suarum amore moventur. *Illas ex omnibus viribus suis amat:* quia quicquid sibi cura sit valetudo, totum te tradit curiosopem suam servandam, augendamurque. Eas denique ex tota mente diligit; nullibi major est spiritus quidem praesentia, nullibi maius mentis acudens sunt artes locupletandi. Ecce quid pro argento, proque inani idolo homo facere possit. Numquid nobis tantumdem pro Deo nostro facere non licet? Si autem licet, quid avarus esse potest, quam illud facere? JESUS CHRISTUS non dicit solum: *Diliges Dominum tuum, sed diliges Dominum Deum tuum, videlicet illum, qui extremus est finis noster, qui solus felicitatem nostram constituit.* Avarus unice amat thesaurum suum, qui non novit aliud bonum: numquid minus Deum nostrum amabimus, in quo reposita omnia bona continentur? *Pater Segneri in Meditationibus.*

Avare vita, licet insipientis, nobis tamen regula esse potest in nostro erga Deum amore; quis enim amor novissimo fini debetur? Praelationis amor, & hunc a nobis experit Deus. *Diliges Dominum Deum tuum.* Avarus omnia sacrificat, ut thesaurum suum tueatur: ut ille, nihil pendamus omnes labores, dummodo hoc pretio tempore Dei nostri possessionem tueamur. Ceterum inevitabiliter in vita nostra tenemur formales elicere huius amoris actus; actus amoris Dei super omnia. *Actus formales, inquam;* aliorum enim praecipitum observantia semper in se alicquem Dei amorem continet: *Qui habet manulata mea & diligit ea, hic est, qui amat me.* Sed nondum hic est formalis actus amoris Dei: mandatorum observantia iudicium est amoris, quo illum diligimus, non amor ipse. Actus amoris Dei, qui a legis sue observantia non differunt, sunt potius actus obedientiae erga illum quatenus supremum Dominum nostrum, quam actus amoris erga illum quatenus ultimum finem nostrum. Debemus tamen hoc amoris actus elicere, *P. 2.*

Sancti ad maximum laudantur propter amorem Dei.

Quo iure recipiat Deus, ut illum quae, tum postquam diligamus.

Nobis propter Deum praeciorum facienda sunt, quam avaro propter thesaurum suum.

Matth. 22. Joan. 14.

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.L.

re, praesertim vero cum tentatur, vel in periculo versatur peccandi. Imposterum igitur amabo te, Domine, totisque tuis ero. Amor tuus omnes dirigit motus amoris mei, qui omnes meas facultates exercet, & qui erit omnium actionum mearum principium. Utique, Domine, amorem erga te meum testabor, beneplacitum tuum rebus omnibus praesertens, neque recedens unquam pro qualibet te a via mandatorum tuorum Idem.

Tempus amandi Deum nullis subditis continetur.

Verum est affirmativa praecipua, cujusmodi sunt jejunii, confessionis, elemosynae, nequaquam omnibus, singulisque vitae momentis obligare; sed congruis dumtaxat temporibus, quod ipsum dicendum est de praecipio Deum super omnia diligendum. Sed quoniam sunt peculiariter temporum circumstantiae, quibus amoris hujus actus nobis sunt eliciendi? Haec tempora non sunt constituta, quemadmodum nobis statutum est tempus, exempli gratia jejunandi; quia tempora non sunt constituta, quemadmodum nobis statutum est tempus, exempli gratia jejunandi; quia illam fati amare non possumus, quia omnia impendere deberemus in eius amore momenta. Omnia tempus habent, uno excepto amore Dei, cui ista Spiritus Sancti verba non conveniunt. Scio equidem, Deus, me plene nonnisi in Caelo te diligere posse: sed ut plene te in Caelo diligam, opus est, ut te, quantum fieri potest, in terra diligam. Perfectus hic amor, qui felicitatem meam in aeternum debet consequi, esse nequit, nisi fructus amoris, qui deceat viatorum statum, in quo sum. Postquam considerate, Domine, te Deum meum esse, Auctorem omnium, quae possideo, & quae sperare possum, Creatorem essentiae meae, & novissimum finem mei, quin ad te omnia mea desideria convertam? Quod facit avarus pro perituris divitiis, quod ambitiosus pro inanibus gloriae phantasmate, pro te ego non faciam? Pater Segneri in Meditationibus.

Mandatum amandi Deum est omnium mandatorum maximum.

Amare Dominum Deum nostrum, primum est mandatorum multiplici ex causa. Primum est in intentione Legislatoris, illud nobis irrogantis, ac cetera ad hunc tamquam ultimum eorum finem referentis. Praecipit finis est Charitas. Primum est, quoad obligationem impositam recipiendi illud. Si enim alia mandata servanda sunt, quia omnia tendunt ad Charitatem; quanto magis ipsum charitatis praecipium observandum est? Primum est denique propter nobilitatem, quae super alia quaecumque affurgit: Quodnam praecipium esse poterat nobilitati animae nostrae conformis? Praestantissimum praecipium circa quamcumque dubitationem est illud, quod minus nostram libertatem offendit, quale hoc est: Diliges Dominum Deum tuum. Et re ipsa solum est quod nunquam involvi adimplemus. Nonnumquam potius metus efficit, ut alia praecipia servemus, sed Charitatis mandatum non nisi ab amantibus adimpletur. Si amamus, quia metumus, jam non amamus; atque ita praecipio Charitatis non satisfacimus. Nullus actus est liber magis, magisque voluntarius, quam actus amoris, & hoc eius dignitatem, atque praestantiam constituit. Praecipium quo Deum amare jubemur, est igitur omnium praestantissimum. Hoc est primum mandatum. Idem.

Deum non amantes illum magis officiosius injuriis.

Quam Deo injurias afferimus, cum ipsi amorem nostrum negamus, illum abjectis creatis rebus praestituri? Mereremur, ut nos ille damnaret, nec unquam in caelum oculis sustolleremus, ut hunc reperimus, veluti serpens antiquus, qui primum hominum parentem selescit; quandoquidem sensus nostri, & cor terrena tantum objecta deperunt. Si Dominus explicite non praecipisset, ut illum diligeremus; nonne illum rogare, & obtinere deberemus, ut se a nobis amari haud aegre ferret? Aliquidne hoc honestius, vel gloriosius potest accidere? Cum ergo imperet, ut ipsum diligamus, nos beatos putemus cum ei morem gerimus: Diliges Dominum Deum tuum. Idem.

Præceptum amoris est omnium suavisimum.

Charitatis praecipium non solum primum obtinet locum propter dignitatem, verum etiam propter suavitatem. Charitas mulcet, quidquid in reliquorum praecipiorum praxi asperum, & amarum est: quantum vero suavitatem Charitas ipsa completi non debet. Quis dicendo explicare potest lenitiam, quam anima afficitur, cum amat Deum suum? Summam ipsa nanciscitur voluptatem in eo laudando, colendo, eique obediendo; sed toto caelo majorem percipit dulcedinem in amando. Quippe animae oblectatio oritur in ea, quae inter se, & objectum suum invenit, congruentia, &

suavissimam afficit unionem inter utrumque. Sed objectum maxime congruum animae Deus est; hic vere cibum illius est, qui semper ei placet, & cuius tædio non afficitur. Anima quoque facultas est maxime congrua Deo: quærit enim illa incessanter unde alatur, & nunquam saturatur. Ita ardet animæ cum Deo conjunctio, suavissima est, quæ cogitari potest; & hoc opus est Charitatis. Idem.

Id nisi estis experti, hoc discite a Sanctis, qui illud experti sunt. Omnes cum Cantico Sponsae exclamant: Fructus ejus dulcis gusturi meo. Si tantumdem dicere non potestis, hoc non ex objecto, neque ex facultate proficitur, sed ex modica unionem, quæ inter utrumque reperitur. Attendite exercitio amoris Dei, contemplationis, poenitentiae; & charitatis fructus gustabit. Sed vix labiis vestris suavissimum hoc manna delibatis, cum illud abicitis. Aliquid praeterea requiritur, ut illius gustum percipiatis. Non labiis, sed palato fructus dulcis est: Fructus ejus dulcis gusturi. Gloriosum mihi esset, Domine, si tantum parti velles te amari a me; quanto igitur magis gloriosum est, te velle mihi praecipium irrogare amandi te, & mirari mihi testatorem iræ tuæ effectus, nisi te amavero? Constituitur igitur in te amando omnem gloriam meam; sed cum in hoc meam gloriam inveniam, quantum simul inveniam suavitatis? Aliud quodvis objectum me tædio afficit; tu unus cordi meo satisfacere potes, quod pro te dumtaxat fecisti. Ego amorem erga te meum testabor centies in dies fingulo profitemur cor meum tui juris esse. Pater Segneri in Meditationibus.

Mandatum amandi Deum primum est omnium propter utilitatem, quam inde percipimus. Merces enim, quae ex illius observantia emanat, potius merum donum est, quam justa merces. Illam divinae bonitatis potius surripimus, quam mereamur. Nostrum estis Dominum pro vitibus gratias referre, quia dignatur permittere, ut a nobis diligatur; non Domini pramia nobis retribuere, quia illum dileximus. Admiremur ergo beneficii magnitudinem quo afficimur, cum illum amare jubemur. Nobis praecipium charitatis imponit, ut ostendat fe velle nobis merito vertere amorem nostrum erga ipsum, eique veram mercedem adferre. Alioquin videremur nos posse jure de merito, & remuneratioe dubitare, diligentes bonum infinitum, bonum summopere amabile. Certi sumus actiones nostras maxime communes a Deo merito nobis tribui, cum a nobis sunt per obedientiam. Hoc ipsum est de Charitatis praecipio, hoc observando mereamur; quia id nobis Dominus imperavit: Diliges Dominum Deum tuum. Verum utinam accedente hoc etiam praecipio aequali illum diligamus. Pater Segneri in Meditationibus.

Magnus hoc est admirationis argumentum, a plerisque Fidelibus negligi praecipium, quod omnium primum est, omnimodo. Illud quidem in terris perfecte adimplere non possumus, conemur saltem adimplere illud quantum fieri potest, omniaque illius adimplendi media adhibeamus. Honor autem mediorum primum est animam adiungere ad cognitionem summi boni quod amare tenemur. Sancti illud in Caelo vident facit ad faciem, ideoque illud amant perfecte: nos autem videmus nunc per speculum in enigmate. Sed saltem hoc pacto bonum cognoscere, & diligere illum. Quamvis a sensibus nostris longe ut fides, quæ illud nobis admoveat propius, illud nobis semper summopere amabile potest efficere. Res ipsa anima carentes nobis pro modulo suo suadere non cessant, ut Dominum diligamus. Caelum, terra, mare, omnia opera ejus benedicunt illi, & per hoc nobis, quos ille fecit comites mentis, & ad ipsum amandum pares, palam dicunt, ipsam a nobis esse diligendum. Nisi eorum sermonem intelligimus, inde fit, quod ad illum minime attendimus. His vobis aures aperiamus, quæ nobis de summo bono colloquantur, & ad illud amandum invitant. Opus est, nos admodum esse distractos, si non percipimus illas; vel sensu carentes, si illas intelligimus, quin magis Deum nostrum amemus. Heu! Ego sum creatura illa, quæ amandi felicitate privatur. Hæc responsio fuit deumini, qui cum ex obsequio extruderetur corpore, dicere jubebatur quis esset. Numquid ipsi ita miseri erimus, ut nobismet alio tantam felicitatem interdica-

A Sanctis dicere debemus Deum amare. Cant. 2.

Præceptum amoris Dei utilissimum est, quod observetur.

Quot subsidia mortales habent ut servent mandatum amoris Dei.

Quam amabilem sit Deus!

Res ipsa inanimata docet, Deum nobis esse amandum.

tti reperitur, o Deus, sufficiens proculdubio essent illis remuneratio, qui diligunt te. Sed divinum hoc mandatum amoris, quod tuus majori cum gloria, & dulcedine adimpler, illud ipsum est, quod implet majori cum merito, & fructu. Utique, Deus, meum esset tibi aliquid solvere, pro amore, quo te complector; tu vero amorem meum magnificis retributionibus rependere vis; & hoc etiam pretio nondum obines, ut a me diligaris. Omnia tamen mihi dicunt, Domine, te infinite magnum esse, potentem, beneficentem, ideoque summopere amabilem. Omnes perfediones tuas, mea utilitas ipsa, & gratitudo me ad te amandum impellunt: utinam posses hodie cumulatissimam de corde meo per gratiam tuam referre victoriam, ac illud in aeternum possidere. P. Segneri Medit.

Dei amor, qui la tera semper in Caelo patens est.

Prima amoris Beatorum qualitas hæc est, esse diligissimum. Illi Deum amant; hunc ipsi quoque diligunt: sed illi nonnisi Deum amant, nos autem aliud ab illo, vel saltem cum illo amamus. Propter mixtionem hanc amor noster multo minus nobilis est, quam amor Sanctorum; igitur enim qualitas illius nutrimento est congrua: Secundum ligam ignis, sic exardescit ignis. Hac de causa Beatorum amor esse nequit perfectior, quam est. Deum unum amant, ejus beneplacitum, & gloriam; vel si aliquo pacto fe ipsos amant, nonnisi Deum amant in se. Dei amor igitur est devorans, qui alium quemlibet amorem absumit. Ignis consumens est. Amorem nostrum ita exipare conemur; nihil extra Deum diligamus, & in rebus omnibus illum dumtaxat amemus. Bonum est amare creatura in illo; sed perfectio est illum dumtaxat in creatis amare. Tunc amor noster non est amplius mixtus; nullum habet objectum nisi Deum, & solum Deum. In hoc tunc perficere indefinenter studuit Sanctus Augustinus, ex quo primum in Dei manibus posuit cor suum. Qui Creatorem deserit, ut diligit creaturam, ajeat ille, insignem injuriam admittit: Injuste amat de se ipso, quidquid ab illo est. P. Segneri in Medit.

Dei amor, qui la tera semper in Caelo patens est.

Alia perfectio amoris Beatorum est ardor: sentiunt se amare Deum, & efficiunt, ut ab aliis sentiantur. Hinc Propheta quidam ait, non tantum cor illorum, sed & faciem inflammatam esse ad instar carbonum ardentium. Apertus eorum, quasi carbonum ignis ardentium. E contra amor, quod diligimus Deum, alius non patet, immo neque a nobismetipsis sentitur: cum illum sincerissima dilectione prosequimur, nescimus certe utrum illum amemus. Sed licet amor noster per se ipsum nequaquam fe prodat, uti amor Sanctorum: non ita difficile ex affectibus illius potest deprehendi. Justus super terram ex eorum in bono perseverantia cognoscimus. Ne celesis ergo amorem vestrum erga Deum. Putatis ne turpe esse illum amare? Si hominibus persuadere non potestis, illum a vobis amari; saltem illis persuadere adimitimini, vos vobismet glorie vertere amorem illius. Omnes cogitationes, omnia verba, omnes affectiones vestras hunc unice scopum habeant diligendi Deum. Timor, ne illis displicatis, nulla humana ratio adverteretur, quominus palam testemini charitatem, qua illum diligitis. Idem ibidem.

Lib. 4. Consp. 4. 22. Ardo ejus a Beatis sentitur; sed justus super terram certo affirmare acquirit a se Deum amantem.

Quo magis crescit homo in amore erga Deum, eo magis invenit Deum mereri ut ardentius diligatur. Deus in se nequit esse vel magis, vel minus amabilis, quam est, alia infinita amabilis est: videtur tamen fieri amabilior, videtur incessanter augeri bonitas illius erga hominem qui illum amat, & qui viribus conatur exquirere charitate sua eam bonitatem, cuius nullus limites videt; quæ illi videtur eo magis fe extendere, quo magis in amore ejusdem procedit; bonitatem, quæ illum allicit, rapitque extra seipsum sua immensitate: Accedet homo ad cor altum & exallabitur Deus. Beati, qui cor magnum habent, qui cor habent, in hoc sensu, altum & elevatum! Magnitudinem, & elationem hanc vos adipisceremini, si intelligeritis vos unice pro Deo factos esse. Indignum est genere vestro alium amare, quam illum; hoc est huius repere, tamquam vermis in foribus, & pulvere: Consurge, consurge, induere fortitudine tua Sion. P. Segneri Medit.

Quam amabilem sit Deus!

Extasim etiam, quæ illi experiantur, qui Orationi vacant, Prophetae verbis exprimentur. Duplex est extasim genus: alterum mentis, alterum voluntatis. Prius illud oritur a magna admiratione, alterum vero ex amore magno. Anima meditando attente, vel bonitatem, vel pulchritudinem Dei

In Extasibus præferimus ac tollitur Deus, & angustia dicitur sui.

sui, & inveniens semper objectum suum omni cogitatione præstantius, tali afficitur stupore, ut extra se egrediatur in extasim raptam, tamquam Regina Saba, cum gloriam Salomonis intuita est. Non habebat ultra Spiritum. Hoc pacto mentis extasim efformatur. Eo tempore, quo homo vacat orationi, Deus illum ex intimo corde movet, & ad fe trahit per amorem ita suavem, ut anima veluti tracta quodammodo sese supra corpus a tollat, ut ascendat ad sese cum illo jungendam, a quo eminens appellatur: Surge, propea amica mea. O vent. Ita extasim voluntatis efficitur. In extasim utraque attollitur homo impetu admirationis, & amoris; sed Deus magis adhuc elevatur quam homo, quia superat omnem admirationem, & amorem, cujus mens, & cor humanum compotes sunt. Accedet homo ad cor altum, & exallabitur Deus. Inter suasves impetus admirationis, & amoris mentis, & voluntatis extasim efformatur; sed illi solum qui experiantur illas, o Deus, norant quantum magnus, & amabilis felicitibus illis momentis videaris! Non peto a te, Domine, insignes has gratias; nimis indignus sum, nihilque nocens, illique beneficiis forsitan, abuterer: peto solum, ut tibi semper offendere possim meam fidelitatem, & amorem, ut mens simul, & voluntas omnino acquiescant in omnibus, quæ petis a me, & quæ præcipis mihi. P. Segneri Medit.

Me totum debeo Deo, Sanctus Bernardus inquit, quia me fecit: quid illi debeo, quia me fecit, quia cum tot, tamque insignibus misericordiarum argumentis me fecerit? Bis me debeo illi: Sanctus iste Doctor dicere potest; infinitis vicibus me totum illi debeo. Si unum me cogito, quid illi retribuam propter ejus amorem? Quid reliquum erit mihi, quod offeram ipsi, si cupio gloriam adorabilibus ejusdem perfectionibus delectari? Si totum me debeo pro me factis: quid jam addam pro refectis, & refecto hoc modo? Cum agitur de necessitate diligendi Deum, recentes semper inveniuntur illius amandi rationes; semper nova, quæ dicantur, occurrunt. Cur ergo opus nobis est tot gravibus considerationibus, ut certum ineamus consilium amandi Deum nos diligentem? Possimus ne nimis amare Deum? Possimus ne illum fati amare? nonne Deum amare debemus? nonne metumus a nobis propter suam amorem amari? Modas vero amandi nonne est illum amare sine modo? Causa diligendi Deum, Deus est; modus, sine modo diligere. Pater la Peste.

Nonne verum est, eum qui legem implere potest amando Deum, supplere etiam posse angustias cordis sui charitatis ardore? Si Deus nonnisi amorem nostrum petit a nobis; nonne verum est tantumvis infirmi sumus, nos adhuc posse illum fati tenera, ac forti dilectione complecti? Felicitas, quæ maxima nos afficere debet lætitia. Numquam postumus fati amare Deum; fateor, tristis, & molesta est hæc cogitatio, nobis humilitatem inspirat; sed tandem ille amore nostro contentus est, non aliud nobis igitur consilium capiendum est, quam illi totum cor nostrum consecrandi. Ad id nos Sanctus Bernardus hortatur: Si quantum cum diligere debes, non potes: dilige ergo cum ex toto corde. Hæc unica via est sarcinandi quodammodo quidquid debetur Deo, & nosmet in imbecillitate, nihilque nostro consolandi. Miserum cor hoc nostrum igitur ne partiamur; jam fati parvum est; fati est frigidum. Idem.

Si amas, quæ damnat Deus, credere ne potes te amare Deum? & hoc persuadere poteris alicui, qui non rudis omnino sit in iis, quæ ad Religionem pertinent? Nequiquam te hortabimur, ut ames Deum, donec amabis ludos, periculosa spectacula, societates vino, ac voluptati deditas; donec profiteberis, te mundo adherere; donec rationem habeas eorum, qui tibi scandalum inferunt, & humanis de causis eorum mala, morsque probabis; donec quasdã fovebis affectiones, & neccellitudines, & patieris quandã licentiam, quæ in anima tua cient impura desideria; donec christianam lædes modestiam per excessum luxus tui, & nonnisi ambitiosa animo volutabis consista. Quid proderit dicere tibi, Deum esse amandum, quia illi totum cor tuum debes, si jugiter vis tuis satisfacere cupiditatibus, & nonnisi de tuis voluptatibus cogitare? Deum amare, simulque aliud quiddam amare, & simul eadem amare objecta, quæ vetat Deus, nonne est confusio, ac robore suffundi? Idem.

manif. stat. Reg. 10.

Dux causæ præcipua quæ nos ad amorem Dei debet impellere.

Cordis angustias sup. plere pot. ardorem Charitatis.

Serm. 1. in Causa Deumini.

Dei amar conciliari non potest cum amoris amandi.

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.L.